3-4.

CHRIST. FRID. GEO. MEISTERI. D
PROFESSORIS IVRIVM ORDINARII ET
FACVLT. IVRID. ASSESSORIS
IN
ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA

BIBLIOTHECA IVRIS NATVRAE ET GENTIVM

PARS ALTERA.

GOETTINGAE
IMPENSIS VIDVAE ABR. VANDENHOECK
MDCCLVII.

AD LECTOREM.

Pudet me fidem, quam dedi in prima huius libri praefatione, tam fero liberare; fed velim, pro fua humanitate Lector ignofcat occupationibus meis, non magnis quidem illis, fed aliis ex aliis, atque ab hoc literarum genere alienis, quae licet non obftiterunt, ne promiffionis memor effem, magno tamen cum meo dolore me coëgerunt, minus officiofum effe, quam vellem. Deinde acceffit ipfius operis difficultas, quae confideratam tarditatem fuafit. Tardiorem quoque me, ac timidiorem fecit expectatio illa, quam de laboris mei progreffu concitatam effe, ex quibusdam intellexi teftimoniis. Vtut eft, quia non pudendo,

fed

ſed non faciendo id, quod non decet, impudentiae nomen effugere debemus, exire nunc patior, quae expectantur, *Bibliothecae iuris naturae & gentium*, partes, *alteram*, & quae ſub prelo madet, *tertiam*, vtramque cum cura ac diligentia compoſitam, &, melioris notae ſcriptorum ſummas ſeu argumenta, quibus eſt inſtructa, ſi ſpectes, *prima* vtique meliorem. Iam ergo nihil ſupereſt, quam vt, cum primum fieri poterit, eas libelli mei partes, quae emendationes, atque ſupplementa complectentur, cum *Lectore Beneuolo* ſubinde communicem; quibus perpoliendis eo alacrius me accingo, quo certior ſum, optimi conſilii conſcientia, beneuolentiaeque Lectoris praeſidio, tuto mihi nihil metuendum eſſe. Scribebam Gottingae d. XXV. Jan. A. O. R. MDCCLVII.

L.

LAESIO.

HENR. BODINI diss. de laesione ex delicto defuncti ab herede praestanda. Hal. 1702. 4.

BENIAM. LEHMANNI disp. de laesione licita. Marp. 1697. 4.

IOH. GEORG. ROESERI disp. de officio eorum, qui laeserunt, & laesi sunt. Sedin. 1704. 4.

Summam huius opusculi referunt *Noua Litter. Maris Balthici*. 1704. pag. 204.

FRID. SCHRAGII disp. de laesione licita, Argent. 1688. 4.

HENR. VFFELMANNI diss. de gradibus laesionis. Helmst. 1669. 4.

LATROCINIVM.

IACOBI THOMASII de duellorum varii generis moralitate, Lipsiae 1671. 4.

LAVS.

IOH. ALBR. FABRICII diss. de laudibus malignis, Hamb. 1700. 4.

LEGATIO. LEGATVS

Dissertatio juris gentium, de exemtione legatorum a foro criminali ejus, ad quem missi sunt. Marb. 1741. 4.

De hoc libello plura vide in Hamb. gel. Zeitungen, 1741. n. 32. p. 266. sqq.

Rechtliche Grenzen der Unverletzbarkeit der Gesandten und der übrigen Privilegien. Aus dem Natur- und Völker-Recht deducirt, durch die neuesten Exempel dieses und des nächst-verwichenen Jahrhunderts aus der Historie und den Publicisten illustriret, und mit Reflexionen begleitet. 1748. 4.

Legatus omnibus numeris ac partibus absolutus, ab ANTONIO DE VERA ET DE CVNNIGA primum hispanice editus, Lugd. Bat. 1709. 8. II. Tom.

Ver-

Verſio haec gallica, ſub rubro: *Le parfait ambaſſadeur* auctore Lanceloto. Pariſiis 1642. 12. primum prodiit, nunc recuſa. Hiſtoriam ipſius libri litterariam diſcimus ex Supplementis Actor. Erud. Lipſ. Tom. IV. S. IX. p. 436. Nimirum, inter eos, qui de legatis ſpripſerunt, praecipua laus quoque debetur Antonio de Vera, qui dialogum huncce de officio legati, hiſpanico idiomate edidit Hiſpali 1621. 4. poſtea etruſca lingua & ſine auctoris nomine, auctore Mucio Zicatta Venetiis 1549. 4. recuſum. Nam cum ipſe ob eximiam ingenii ſagacitatem, multiplicemque rerum cognitionem a Philippo IV. ad Venetos orator miſſus eſſet, apud quos diu deinde haeſit; nemo ad explicanda legati munera aptior videri poterat noſtro Antonio, qui e legatione in Hiſpaniam redux factus ſeptuagenario maior deceſſit Madriti die 20. Octob. 1658. In modum autem dialogi conſcriptum eſt opus, in quo duo amici, inter ſe colloquentes, ac de legati virtutibus praeclare diſſerentes in ſcenam producuntur. Quorum alteri, *Ludouici*, alteri *Iulii* nomen tributum eſt, ſub quibus *Ludouicum de Haro*, & *Iulium Mazarinum* intelligendos eſſe, in A. E. L. loc. cit. coniicitur.

Das in allen Rechten gegründete Verfahren mit den Königl. Schwedischen Gesandten in Engelland und Holland, betreffend die jüngst obhanden gewesene und entdeckte Rebellion. Hamb. 1717.

Disquisitio iuris naturalis & gentium de iusto Gyllenbergii & Goertzii, Sueciae legatorum, in Britannia & confoederato Belgio, arresto, Latine & Germanice. Francof. & Lipf. 1717. 4.

Auctorem huius opusculi se ipse profitetur ADAM FRID. GLAFEY in Biblioth. iur. nat. & Gent. p. m. 353. Disquiritur hic: vtrum principi ius competat, legatum ad se missum, ob pacem atque tranquillitatem ab illo, in suo territorio, turbatam, in custodiam tradendi? Quia non datur ius gentium, nisi principiis iuris naturalis innixum; consequens esse putat auctor, ut exempla nonnulla, quae legatos eiusmodi turbulentos ab arresto immunes fuisse, testantur, regulam hic nequaquam facere possint: omnium legationum vltimum finem semper esse socialitatem inter gentes, inviolabilitatemque legatorum oriri ex pacto,

cu-

cuius vis vnice ex vtriusque partis consensu aestimanda sit. Tantum vero abesse, vt princeps legatum recipiens, consentiat in turbas ab eo excitandas, vt potius semper tacita sub conditione, ne turbet quietem reipublicae, admittatur. Cui officio, quando desunt legati, cessare causam inuiolabilitatis, adeoque hanc ipsam, concluditur. Nouum argumentum pro sua sententia petit auctor ex collisione officiorum, quorum alterum ex altero fluit, in qua illud huic cedere debet. Scilicet officium principis esse, vt salutem & conseruationem populi sui tueatur, ex quo demum, vt consequens, oriri, ait, inuiolabilitatem legatorum: si itaque legatus laedat salutem populi, quippe ex qua, sua sanctitas proficiscitur, principem iure suo, inuiolabilitatem legati ad se missi, conseruationi sui ipsius populique postpônere. Legatum non habere potius ius, quam principem, quem repraesentat, hunc vero ipsum, si in territorio alterius seditionem mouet, iure gentium primario, a domino territorii custodiae tradi, adque satisfactionem cogi posse, extra dubii aleam positum esse. Ex quibus principiis iustitiam custodiae, in qua legati Sueciae detinebantur, defendit auctor. Inseruit idem Glasey, commentationem iuris gentium

bene longam *de Legatis* seinem Völker-Recht, cap. IX. qui liber tertium locupletior prodiit Norimb. 1752. 4.

Quaestio, an saluo iure gentium Legatus, contra Principem, ad quem missus est, delinquens, capi & puniri possit? Paris. 1606. 8.

Beweiß, daß es nicht wider das Völker-Recht sey, bey gewissen Umständen, einen Gesandten zu arretiren. Wolffenb. 1717. 4.

Auctor huius scripti fuit GOTTL. SAMTREVER, cuius nomen prae se quoque fert nouissima eius editio, quae Lipsiae 1745. 4. prodiit. Captiuitas vero Legatorum Suecicorum, Comitis de Gyllenberg, apud Anglos, & Baronis de Goertz, apud Belgos, huic scriptioni dedit occasionem. In *primo capite* probatur, etiam iure naturae inuiolabilitatem Legatorum certis limitibus circumscriptam esse. Cui iuri respondere gentium mores, docet *caput secundum*. Per *arrestum* Gyllenbergii & Goertzii, inuiolabilitatem eorum laesam haut esse, characterem enim repraesentatiuum in legato delinquente cessare, in *duobus sequentibus capitibus*, argumentis demonstratur grauissimis.

An

An autem & quousque excuset legatum delinquentem iussus principis sui? inquiritur in *capite quinto*. Vltimo loco exploduntur argumenta, quae his principiis obiici solent.

Lettre de Mr. N. N. a une personne de distinction, qui luy demande ses sentiments sur les inprimez, qui ont paru au sujet de l'Arret du Comte de Gyllenberg & du Baron de Goertz, Ministre du Roi de Suede, a Ratisbone 1717. 4.

Epistola ad amicum, qua expenditur, vtrum sit contra ius gentium, quod Generalis campi Mareschallus, exercitus Russici, Marchionem Monti detineri iussit? 1734.

Inuenitur quoque in Fabri Staats-Canzley P. LXV. p. 591-608.

Deduction Ihro Maj. der Kayserin aller Reussen, an die Ministres von Großbritannien und Holland, wegen der von Sr. Großbrit. Maj. und Ihrer Hochmögenden der Herren General-Staaten der Vereinigten Niederlanden, auf Veranlassung derer

Franzöſ. Miniſtres, vor den Marquis von Monti geſchehenen Interceſſion, 1734.

Legitur in FABRO l. c. p. 608-616.

Obſeruatio: quaenam praerogatiuae ex communi gentium conſenſu, maxime quoad exercitium domeſticum religionis, legatis, ablegatis extraordinariis, & Reſidentibus in terris principum, ad quos miſſi ſunt, debeantur?

Ibid. P. XIV. p. 220-235.

Obſeruationes duae, quarum altera de inuiolabilitate legatorum in genere, altera de eodem iure in ſpecie agit.

Leguntur in obſeruatt. Halenſ. T. IX. p. 272-355.

Annotata über die vorgefallene Quaeſtion: ob Reichs-Fürſten befugt, Ambaſſadeurs zu ſchicken? unter eines vornehmen Miniſtri Schriften gefunden. 1681. 12.

Auctore *Bibliothecae quadripartitae cap. 5. Poſ. 3. §. 15. p. 262.* teſte, reperiuntur quo-

quoque annotata haecce in *Cassandri Thucelii* (Chr. Leonh. Leuchtii) Electis iuris publici curiosis Francof. 1694. 4.

IAC. BALTHASARIS diss. de legatis. Gryph. 1685. 4.

CHRISTOPH. BESOLDI Spicilegia de Legatis, sessionis praecedentia, & arcanis rerum publicarum. Argent. 1624. 4.

IOH. HENR. BOECLERI disp. Sacra Legationis. Argent. 1664. 4.

Recusa extat in Ejusd. Dissertationibus academicis iunctim editis, n. XIII. spectans, ceterum, ad doctrinam de inuiolabilitate legatorum.

IVST. HENNING. BOEHMERI diss. de priuatis legatorum sacris, Hal. 1713. rec. ibid. 1721. 4.

Contra iniurias Coloniae Residenti Borussico illatas directa est.

MATTHIAE BORTII dissertatio de legationibus & legatis. Ien. 1611. 4.

Habetur quoque in DOMINICI ARVMAEI discursibus de iure publico. Ien. 1621. 4. disc. 29. p. 267. vid. *Bibl. Quadrip.* c. 3. sect. 3. §. 8. p. 258.

ABR. DAN. CLAVEL A BRENLES diff. de exemtione legatorum a foro criminali, eius, ad quem missi sunt. Marb. 1741. 4.

CONRADI BRVNI Libri quinque de legationibus, ceremoniis, imaginibus & haereticis. Mogunt. 1548. f. Venet. 1567. 8.

Opus, vt tunc erant tempora, eximium, quod tamen hodie, post tot praeclaros magnorum virorum de legationibus labores vix vsum praestat.

IAC. BRVNNEMANNI diss. de iure ceremoniali circa legatos, Hal. 1700. & 1739. 4.

IOH. ADOLPH. BVCHER Diss. de delictis legatorum. Argent. 1700. 4.

CORN. VAN BYNCKERSHOECK de foro legati. Lugd. Bat. 1721. 8. & in opusculis a Franc. Car. Conradi editis, Hal. 1729.

Gallica versio, quae curante Ioh. Barbeyracio, Hag. Com. 1723. & 1727. 8. duobus voluminibus prodiit, recensetur in Bibliotheque francoise Tomo IV. p. 59. vbi iudicatur, Bynckershoeckium multis magnisque districtum negotiis, festinanteque ca-

calamo, hunc librum exarantem, debitum neglexisse ordinem. Ne tamen quis praeclarum auctorem sua, hanc per censuram, putet laude defraudari, pergitur: *Mr. Bynckershoeck est un de ces Ecrivains du plus haut vol, qui n'ecrivent que pour les Savans, & qui ne veulent dire, autant qu'il se peut, rien que de nouveau.*

De la maniere de negocier avec les Souverains, par M. DE CALLIERES. Bruxel pour la Compagnie 1716. 8.

Inter tot, quae de legatis extant, scripta, hic libellus insignem occupat locum, potius ex praestantia sua, quam mole aestimandus, quatuordecim quippe vix plagulis constans. Mira enim breuitate, propria experientia edoctus, omnia Legati officia complexus est auctor, vnus ex maxime celebribus Gallorum Legatis. Prodiit primum hic libellus Parisiis anno 1716. 12. quam editionem secunda, in eadem forma, Amstelodami 1717. excepit. Editio, quae nobis ad manus est, simulat tantum Bruxellam, impressionis locum, prodiit enim Hanouerae in officina Försteriana; si tamen paucissima exceperis errata typographica, quo etiam vocem *Bruxel,* pro qua *Bruxelles* reponi debet, referas, reliquis editionibus haud secunda. Habe-

bemus duas huius libri versiones teutonicas, eodem anno, nempe 1716. Lipsiae impressas, alteram quidem sub titulo: Kluger Minister und geschickter Gesandten Staats-Schule in 8. bey Moritz Georg Weidmann, alteram hoc rubro insignitam: Der Staats-erfahrne Abgesandte, oder Unterricht, wie man mit hohen Potentaten in Staats-Sachen klug tractiren soll, durch den Herrn de Callieres beschrieben, mit einer Vorrede, vielen Anmerkungen, und Register versehen in 12. Prior ob auctoris sui, qui fuit ipse bibliopola Weidmannus, vtriusque linguae imperitiam, mendis quasi scatet, hinc nullius pretii habenda. Posterior, licet ab omni labe non immunis, laudem tamen meretur atque commendationem. Consule die Neue Bibliotheck. 55. St. n. VI. XII. & XIII.

Candorins vollkommener Teutscher Gesandte Frankf. 1679. 12.

Ex versibus in fine libelli appositis apparet, sub ficto nomine latere Conradum ab Hoevelen, qui in praefatione de commercio XXIV. annorum, cum omnium ordinum legatis gloriatur, stylo tamen subobscuro vtitur. BIBL. IVR. IMPER. *Cap.* III. *pos.* III. §. 6. p. 255. sq.

IAC.

IAC. CARMON Diſp. de iurisdictione in legatos eorumque comites, praeſertim S. R. I. German. in comitiis. Ien. 1738.

BENED. CARPZOVII diſſ. de privilegiis legati, Lipſ. 1649. 4.

STEPH. CASSII (Cronhielm) Diatribe de iure & iudice Legatorum. Francof. ad Moen. 1717. 4.

IO. A CHOKIER Tractatus de Legato. Col. Agripp. 1624. 4. & cum Aphorismis politicis, Leodii 1642. fol.

HENR. COCCEII Diſſ. de Legato ſancto non impuni. Francof. ad Viadr. 1717. 4

Caput primum agit de Legatorum ſanctimonia in genere hunc in modum. Legare hic denotat actum mittendi, hinc legatus & miſſus ſunt Synonima. Varii dantur ſanctimoniae gradus. Tribuni plebis olim apud romanos erant ſacroſancti. Nobis ſanctum idem eſt, quod inuiolabile. Variae ſunt legatorum ſpecies, ſed ſanctimonia proprie pertinet ad legatos, qui ad hoſtes mittuntur. Negari tamen nequit, omnes legatos eſſe ſanctos & inuiolabiles, idque iure

iure gentium primario. Romani quidem semper crediderunt, Deos acerrimos violati iuris legatorum vindices esse. *Caput secundum* disquirit: an Legati apud principem, ad quem missi sunt, ex delicto vel contractu conueniri possint. Nimirum, legatos in loco, vbi degunt, delinquentes, ibi forum sortiri, apud veteres extra controuersiam fuit, nostro tempore vero sub iudice lis est. Distinguendum esse, putat Coccejus, id, quod iuris, & quod humanitatis, generositatis aut prudentiae est: iureque gentium primario legatos in loco delicti puniri posse defendit in hunc fere modum: Summam cuiusque ciuitatis potestatem aeque absolutam esse intra eius fines, ac est humani generis in vniuersam terram. Fundatam esse hanc potestatem etiam respectu legatorum, donec probetur, eos esse exemtos; id tamen non probari ex Legatorum sanctimonia, quippe quae non pertineat ad delicta. Ea tribui quidem securitatem, sed neutiquam impunitatem: iuris executionem non esse violationem: ius naturae non patrocinari sceleribus: rationem sanctitatis legatorum totam cessare in eorum delictis, beneficia vero delinquentibus non dari, nec plus iuris legatis tribui posse inter hostes, quam quo vtuntur, pace, inter amicos. Post

haec

haec propius ad ſcopum accedit Coccejus, probatque, de iure puniendi delicta Legatorum nihil ſingulariter iure naturali conſtitutum eſſe, principisque poteſtatem in terris ſuis per Legatorum aduentum haut minui: ipſos reges extra regnum ſuum non habere ſummam poteſtatem; neque fieri poſſe, vt quisquam, qui in regno eſt, a regis poteſtate penitus ſit exemtus. Quae omnia exemplis auctoritatibusque Lacaedemoniorum, Anglorum, Hiſpanorum, Gallorum, Luſitanorum, Papae Pauli IV, Electoris Saxonici, Landgrauii Haſſiae, & multarum gentium aliarum, illuſtrantur, atque contra Zouchaeum vindicantur. In *tertio capite*, quo, quae a Grotio aliisque mouentur, dubiis occurritur, imprimis id agit Coccejus, vt monſtret, exempla Legatorum dimiſſorum, quae paſſim noſtro aeuo habentur, nihil probare aliud, quam morum arbitrium, vel actum generoſitatis principis, vel denique ius gentium ſaltim ſecundarium. De reliquo ſanctitatis legatorum iure ſigillatim agit *caput quartum*, vbi multae tractantur quaeſtiones grauiſſimae vtiliſſimaeque, videndi cauſa: an Legati ex contractibus ſuis conueniri poſſint in loco legationis? an ius gentium competat legatis in terra hoſtis, ad quem miſſi non ſunt? vtrum Legati iure talio-

lionis violari possint? num perduellis, vel ob aliud crimen eiectus, si legatus veniat, iure gentium vti possit?

EIVSD. Diss. de repraesentatiua legatorum qualitate. Heidelb. 1680. 4.

REINHARDI CONDIT Speculum fidei politicae, seu, de Legatorum, Aduocatorum &c. qualitatibus, Bremae 1663. 4.

vid. Biblioth. iur. Imperant. Cap. III. Pos. III. §. 3. pag. 252.

HERMANN CONRING de Legatis. Helmst. 1660. 4. & in Eius Opp. Tom. IV. p. 1003.

EIVSD. diss. de Legatione, ibid. 1658. 4. & in Opp. T. IV. pag. 990.

IO. VLR. CRAMERI Vsus philosophiae Wolffianae in iure, specim. III. seu Oratio de pari iure ciuitatum imperialium, ac gentium liberarum in recipiendis legatis, Marb. 1740. 4.

IVST. CHRISTOPH. DITHMAR diss. de Legatis primi & secundi ordinis.

IOH. CHRISTOPH DORN diss. de eo, quod iustum est circa legationes assiduas Ien. 1716. 4.

AD

AD. EBERT de immunitate legatorum. Francof. 1686. 4.

ROBERT EICHMANN diſſ. de Legatis. Duisb. 1677. 4.

IOH. PAVL. FELWINGER de eod. arg. Altd. 1670. 4.

Barthold Feinds, unſtreitiges Recht eines Fürſten, Staats oder freyen Republick, einen Geſandten vom erſten, andern, oder dritten Range, bey Schändung ſeines ſonſt inviolablen Characters, zu arreſtiren, und zurück zu ſchicken, oder: Befugniß ſeiner Königl. Hoheit des Regenten in Frankreich, den Spaniſchen Amballadeur, Prinzen von Cellamare, jüngſthin in Verſicherung zu nehmen. Hamburg 1719. 4.

Vitam auctoris, turbis ciuilibus, quas plebs in primo ſeculi noſtri decennio mouerat, Hamburgenſibus impliciti, enarrat Mollerus Cimbr. litt. Tom. I. p. 169. ſq.

IOH. LAVR. FLEISCHERI diſſ. de iuribus & iudice competente Legatorum Hal. 1724. 4.

Occaſione Gyllenbergii & Goertzii Sueciae

Legatorum, in Britannia & Belgio confoederato in captiuitate detentorum prodiit hoc opusculum.

IAC. AVG. FRANCKENSTEINII de iure legatorum dubio, oratio inauguralis, ex controuersiis recentioribus, Autorum fide nunc firmata, Lips. 1721. 4.

CHRIST. FRIEDERICH Disputatio de Legatorum sanctitate Lipf. 1636. & Marp. eodem anno, 4.

Ienich. Bibl. iur. p. 326.

OTTO HENR. L. B. A FRIESEN de foro Legatorum, Francof. 1677. 4.

CAESARINI FVRSTENERII, de iure Suprematus ac Legationis principum germaniae Liber, 1677. 8. & Londini 1678. 8. & 1679. 12. Norimb. 1696. 8.

Auctor huius scripti, quem teste auctore biblioth. iur. imp. Cap. 3. pos. 3. §. 14. p. 263. alii Esaiam Puffendorfium, Ludolphum Hugonem alii, alii Ezech. Spanhemium, alii alium suspicabantur, est *Gothofr. Guil. Leibnizius*. Cum nimirum in limine pacis Noviomagensis a Rege Gallorum Duci Lotharingiae ius mittendi Legatos primi ordinis

in

in dubium vocaretur, eiusque Ministros ad pacis negotium mittendos, Deputatorum saltem titulo, salutandos esse, defenderetur; contentione in favorem Principum sopita, excitatus Leibnizius, suam hac de re sententiam dixit, qua tuetur, ex principio supremalus, quem a superioritate territoriali separat, principibus Germaniae competentis, vindicandum esse eis ius mittendi legatos charactere repraesentatitio instructos, hisque deberi easdem ceremonias, quae Electorum & Italiae Principum Legatis exhiberi solent, puta, *Excellentiae titulum*, *visitationem nouissime aduenientis*, & *locum potiorem visitantis apud visitatum*. Sane non omnibus argumenta Leibniziana satisfecisse, credere nos iubet laudatus auctor Biblioth. Iur. Imper. l. c. p. 264, cuius iudicio ius gentium omnibus quidem, summa potestate gaudentibus, ius mittendi Legatos concedit; neque adeo illud Germaniae Principibus, superioritate territoriali pollentibus, denegat. Legatorum autem, in primi & secundi ordinis discrimen, characterem illum repraesentatiuum ex eoque deduci solitum ius, tecto capite alloquendi principem, ad quem mittuntur, aliasque ceremonias, nullo gentium iure, sed mera principum humanitate, ac consuetudine, pro lubitu

abroganda, niti contendit. Sed & peculiaribus scriptis in lucem emissis Leibnizio contradictum esse constat; quo pertinent: *notae ac animaduersiones in Caesarini Fürstenerii Tractatum de iure supremàtus ac legationis principum germaniae, Coloniae Allobrogum 1682. 8.* quarum auctor reiicit supremàtus vocabulum, tanquam nouum & ens rationis, nec admittit differentiam essentialem inter superioritatem territorialem & suprematum, cum per accidens saltim fiat, quo minus aliquis ob regionis aut virium tenuitatem, momentum non aeque magnum ad publica gentium negotia, possit adferre; imo esse periniquum, ius a vi, & potentia metiri: neque suprematus vocem eo sensu, qui gallico *La Souverainetè* respondeat, Germaniae principibus tribui posse, cum hoc superioritatem ab omni subiectione & fide homagii liberam inuoluat, status autem & germaniae principes singuli, & reali, & personali obligatione subiiciantur imperio. Ex quibus principiis non potuit non conclusio nasci, Leibnitianae conclusioni contraria. Vide, si lubet, *Acta Erud. Lips. anni 1682. pag. 101. sq.* Prodiit etiam, *aduersus Caesarinum Furstenerium Discursus de suprematu, Hyetopoli ad Istrum 1687. in 8,* cum ob eruditionem, tum ob

mo-

moderationem vehementer laudandus. Verum, quum auctor eius non contra ius legationis principum, sed contra suprematum, vt rem fictitiam disputet, eius enarrationi non immoramur. Conf. hic Chr. Thomasii Monathl. Gespr. Part. 2. p. 202. sqq.

PETRVS GAVELIVS, de iure legationum Vpsal. 1659.

Ienich. l. c.

ANASTASII GERMONII, Archiepiscopi & Comitis Tarantasiensis, de Legatis principum & populorum, libri tres. Romae 1627. 4.

ALBERICI GENTILIS de Legationibus, libri tres. Londini 1583. & 1585. 4. Hanouiae 1594 & 1607. 8. & annexi eius tractatui de diuersis temporum appellationibus. *Ibid.* 1596. 4.

Spirant hi libri magnam eruditionem & antiquitatum notitiam. Optauit tamen B. Stollius in der Stollischen Bibliotheck. St. 13. S. 543. daß er die neuern zu seinem Zweck dienenden Scribenten mit gleichem Fleisse gelesen, und in der Morale und Politic ein wenig tiefere Einsicht gehabt hätte.

 Denn

Denn auf solche Weise würde er manche Materie nicht nur berührt, sondern auch erschöpfet haben. Laudat idem Stollius scribendi genus, sed ordinem meliorem desiderat. Vt autem vno quasi obtutu totum pateat opus, summa eius capita indicabo. *Libri primi* capita haec sunt: *Qui legati nomine nuncupentur. Multiplex Legati nomen & definitio. De sacra Legatione. Diuisiones legationum a personis mittentium, iisque ad quos mittuntur. De variis legationum generibus secundum mandata. De legato bellico, legationibus officiosis, libera legatione. Quorum apud romanos esset cura mittendi & excipiendi legatos. De loco Taciti, an sorte ducerentur, qui legationes obirent. De Legationum solemnibus. De Foeciali, Patre patrato, Sagminibus & silicibus. De loco, temporeque excipiendarum legationum. De muneribus aliisque hospitalibus, quae Romani legatis Romam aduenientibus praestabant. De Caduceo, velamentis, & reliquis solemnibus.* In SECVNDO LIBRO sequentia occurrunt: *de iure legationum. De mentita legatione. An tuti legati sint etiam cum iis, ad quos missi non sunt. De legato speculatore & perfido. De interdicta legatione; qui alterius laesit legatos, non speret suis stare ius legationis; an sit cum rebellibus ius legationis; ius lega-*

tio-

tionis cum praedonibus non est: vtrum hoc ius obtineat in ciuilibus dissensionibus: nec a subditis, nec ad subditos recte mittuntur legati: de legatis criminosorum: de iure liberae legationis, officiosae, & temporariae: de iure admissae legationis. De comitibus & reliquis legationis accessionibus: contractibus legatorum, iudiceque: de legato in principem, ad quem missus est, coniurante: si quid legatus deliquerit, princeps illius non est consulendus: de legato principi maledicente: de legati libertate dicendi: de caeteris delictis & poenis legatorum; de iure legatorum cum suis: de iure morum erga suos legatos. TERTIVS LIBER his absoluitur momentis: *quam multa in legato conuenire debeant, vt officium suum praestare possit. Exteriora, quae in legato volumus conuenire. Naturae bonis carere non posse legatum. Quod fortunae bona in legato conuenire debeant: praestantem ingenio legatum esse oportere: Legatus vt sit orator, teneatque sermonem eius, ad quem mittitur; magna in legato historiarum requiritur cognitio. Quatenus philosophia deceat legatum. De literatis Legatis. De fide, fortitudine, temperantia, prudentia, legatorum. Vtrum Legatus, si e re esse credit, fallere debeat principem: de*

vi liberi mandati: de asserenda legationis dignitate; de perfecto legato.

IOH. GVL. VAN GERSDORFF diss. de legationum iure, Lugd. Bat. 1730. 4.

ERNST GOCKELII de maiestatico legatorum iure, ad nouissimos nostros mores methodica & repetita dissertatio, Lindav. 1688. 4.

Acriter perstringitur, ac nullius pretii habetur hoc opusculum in Thomasii Monat-Gesprächen, P. 2. p. 208. sqq.

AVGVSTI CORNETS DE GROOT diss. de legati, legationumque iure, Lugd. Bat. 1731. 4.

IOH. GRYPHIANDRI diss. de legatis Ienae habita.

Extat in Dominici Arumaei discursibus de iure publico: discursu 29. pag. 267.

ALB. GVNZELIVS de legato, Wittemb. 1630. 4.

NICOL. HIER. GVNDLINGII Tractat vom Gesandtschaffts-Rechte.

Vid. Biblioth. iuris Imperant. cap. III. pos. III. §. 6. pag. 256.

HENR.

HENR. HAHN de Legato, Helmst. 1654. 4.

MARTIN HASSEN de παραβρεσβείας crimine, seu Legato violati mandati reo, Viteb. 1717. 4.

GEORG. HEINII diss. de Legato religioso, Regiom. 1704. 4.

IOH. HEINZELMANN, de Legato, Berol. 1657. 4.

IAC. HOWELL Tractatus de Legatis, Lond. 1646. 8.

Adnexus quoque est, eiusdem auctoris dissertationi de *praecedentia Regum Galliae, Hispaniae, & Angliae*, Lond. 1664. editae, multas quaestionum singularium decisiones continens, teste auctore Bibl. Iur. Imp. cap. III. pos. III. §. 4. pag. 254.

IEREM. HOFFMANNI disp. de notis Legati subtilis & inepti. Viteb. 1661. 4.

DAV. HOESCHELII Eclogae Legationum diuersorum Autorum graecorum, Aug. Vind. 1603. 4.

Autores sunt Dexippus Atheniensis, Eunapius Sardianus, & Petrus Patricius, quorum de legatis opuscula graece & latine,

cum notis Cantoclari & Henrici Valesii prodierunt, Parisiis 1648. 4. Conf. Bibl. Iur. Imp. l. c, p. 251.

IOH. FRIQ. HORNII diss. de iure legationum, Viteb. 1660. 4.

IOH. DE VILLIERS HOTMANNI Ambassadeur, Paris. 1603. 8. 1604. 8. Düsseld. 1613. 12.

IO. AD. ICKSTATT Progr. de Legatorum exterorum in ciuitatibus imperii immediatis ac liberis residentium priuilegiis & iuribus, quando quatenusque ipsis eadem competant. Herb. 1742.

IOH. RVDOLPH. ISELII diss. de iure legationum liberae reipubl. Helveticae, Basil. 1737.

G. R. K. diss. de Legato Suecico durante obsidione Hafniensi a Rege Daniae iure detento, 1659. 4.

IOH. FRID. KAYSERI diss. de Legato testatore. Giessae 1740. 4.

DIET. HERM. KEMMERICHS Grundsätze des Völker-Rechts von der Unverletzlichkeit der Gesandten. Erlangen 1710. 4.

HER-

HERMANNI KIRCHNERI Legatus, prodiit Marp. 1613. 4. & ante cum Chriſtoph. Warſevicii Oratione de legationibus adeundis, Lichae 1604. 8.

IOH. CHRIST. KLVGELII Diſp. de legatorum inuiolabilitate, Lipſ. 1691. 4.

Nobiliſſimus vir, Praefecturae Cygneae & Werdenſis per annos aliquot adiunctus vigilantiſſimus, exquiſita induſtria, legatorum violationes perquiſiuit, ad indolem rerum publicarum de iis ſermonem fecit, & multa hac occaſione inſperſit, legationibus commoda, vtilia, neceſſaria. Sunt verba VINHOLDI pag. 45. notit. ſcript. iur. nat. & gent.

IO. FRID. KOEBERI Progr. de Legato pio ac chriſtiano vere inuiolabili, Gerae 1674. 4.

IOH. GEORG. KVLPISII diſſ. de Legationibus Statuum Imperii, Gieſſae 1679. 8. & in Diſſertationibus eius academ. Argent. 1705. 4. pag. 431-1001.

Libellus hic, a Kulpiſio licet iuuene ſcriptus, magnum eruditorum meruit plauſum.

IOH. IAC. LEHMANNI diſſ. de vero & certo fundamento iurium, ac ſpe-

ſpeciatim ſanctitatis legatorum, Ien. 1718. 4.

AVGVSTINI LEYSERI Progr. Quousque principi Germano liceat, legatos alius principis, ſibi de hoſtili animo ſuſpecti, vel aperte inimici, ad amicum principem per terras ſuas transeuntes intercipere? Witt. 1745. 4.

Quaeſtio propoſita duobus exemplis memoratu digniſſimis, altero, ex Livio Lib. 23. cap. 33. & 34. altero ex Ioh. Sleidan. Lib. 12. de ſtatu religionis & reipubl. ad annos 1538. & 1539, deſumtis illuſtratur, atque ſecundum mentem Grotii de I. B. & P. L. 2. c. 18. §. 5. ac Iean Wicquefortii Comment. de l'Ambaſſadeur L. I. ſect. 17. deciditur.

IOH. PET. A LVDEWIG de iure adlegandi ordinum S. R. Imp. Hal. 1703. 4. & in eius Opuſc. Miſcell. T. I. p. 296-480.

OCTAVII MAGII de Legato libri duo, Venet. 1566. 4. & 1567. 8. & cum Legato *Franciſci Vayer* Hanov. 1596. 4.

Auctor. Bibl. Iuris Imper. l. c. p. 252.

CON-

CONR. ANTON. A MARDEFELD, nobilis Sueci Oratio de Sanctimonia Legatorum, Gryphisw. 1670. fol.

FREDERICI DE MARSELAER, Equitis Hiſpani, de Legato, libri duo prodierunt Antw. 1626. 4. Amſtel. 1644. 12. & Vinariae 1663. 12.

Totus in eo eſt auctor, vt legatorum qualitates, requiſita, & officia, ad prudentiam politicam reuocet. Bibl. Iur. Imp. l. c. p. 253.

CASP. MATTHAEVS MVLLER de foro legati contrahentis, Roſtochii 1704. 4.

Opuſculum lectu dignum.

EIVSD. diſſ. de foro legati delinquentis, ibid. 1704. 4.

PETRI MVLLERI diſſ. de legatis primi ordinis, von Geſandten des erſten Ranges, Ienae 1692, & 1711. 4.

Summa, de auctoritate, poteſtate, officio, fine, ſolemnitate, inuiolabilitate, & interitu legatorum primi ordinis, capita, via compendiaria tractat auctor.

EIVSD. diſſ. de principum germaniae legationibus. Ien. 1678. 4.

EIVS-

EIVSD. diff. de Refidentibus. Ienae 1690. 4.

IO. CHRISTOPH. NEANDRI diff. de Legatis.. Witt. 1660. 4.

Legatus, opus CAROLI PASCHALII, Regis in facro Confiftorio Confiliarii, & apud Rhaetos Legati. Amft. apud Lud. Elzevirium 1645. 12.

Prima editio eft Rothomagienfis 1598. 8. quam excepit Parifienfis 1612. 4. Prodiit deinde bis Amftelodami, 1646. & 1649. 12. Parifienfis, cum qua Amftelodamenfes conueniunt, primae editioni praeferenda eft. Pafchalium veteres auctores graecos & latinos diligenter legiffe, hoc opus abunde probat, quod ob fcribendi perfpicuitatem & iudicandi felicitatem, ab auctore Bibl. Iur. imp. vehementer commendatur, laudatum quoque a Boeclero in Inft. Polit. p. 376. In hiftoria tamen recentiori Pafchalium non admodum fuiffe verfatum, ex hoc ipfo opere fufpicatur B. Stollius in recenfione fuae bibliothecae (vbi eius vitam inferuit,) Part. XIV. pag. 559, quod operi DE CALLIERES poftponit, multaque deprehendi in Pafchalio putat, quae hodie nullum praeftant vfum. Ipfum quoque confilia, quae in hoc libro Legatis dedit, fecutum non effe, tefte NICE-

RONIO Memoir. Tom. 17. p. 243. Wicquefortius tuitus est, verbis: *Charles Paschal qui a formé l'idée de l'Ambassadeur dans un livre singulier, ne le representoit pas fort bien en son Ambassade aupres des Grisons. La relation fait voir, qu'il sçavoit force Grec & Latin; mais son Ambassade fait connoître, que c'etoit un Ministre fort mediocre.* Sed sunt quoque, qui huic iudicio haut subscribunt. Vide eundem Stollium l. c. p. 560.

FRID. VLR. PESTELII diss. de legato pacis gratia ad hostem misso, ipso iure gentium, etiam sine litteris commeatus, vulgo, *passeports*, inuiolabili, Rint. 1736.

IVSTINI PRESBEVTAE (Henrici Hennigis) discursus de iure legationis Statuum imperii, Eleutheropoli 1701. 8.

Libellus paruus, si molem, magnus, eruditionem si spectes.

HERM. QVERINVS, de legationibus & legatis, eorumque iure, Gryphisw. 1642. 4.

IOH. REBHANII diss. de iure legationis, Argent. 1672. 4.

CASP.

CASP. CONR. RETHEL de Ambaſſiatoribus ſeu legatis, Martisb. 1685. 12.

IAC. ROESERI diſp. de poteſtate principis, cogendi legatum, eundi ad hoſtes quosuis, Viteb. 1668. 4.

IOH. EBERH. ROESLERI diſſ. de iuribus legatorum ex iurisprudentia naturali demonſtratis, Tubing. 1713. 4.

Diſputat auctor contra eos, qui iura legationum ex iure ciuili, vel ex moribus gentium, exemplisque, vel denique, ex iure quodam gentium voluntario, quod placuit Grotio, deducunt; probans, iura legatorum ex principiis iuris naturalis eſſe deriuanda: quamuis non negat, dari plura, praeſertim, quae ad ceremonias legatorum ac priuilegia ſpectant, quorum originem non iuri naturae, ſed moribus gentium, imo iuri ciuili, accepta ferre debeas. Tractat porro varias Legatorum diuiſiones, hic tamen potiſſimum agens de Legatis principis perſonam, vel rempublicam, repraeſentantibus, quorum praecipuum ius in ſanctitate ſitum eſſe ait, quae laeditur, ſi non admittantur, vel ſi corpori, ſi famae, ſi bonis damnum datur: Praeterea variae quaeſtiones vſu praeſtan-

ſtantiſſimae in hac diſſertatione deciduntur.

IOH. CHRISTOPH. SAGITTARII Speculum boni legati, Ienae 1641. 4.

IEAN DE LA SARA le Miniſtre publicq dans les Cours etrangeres, ſes fonctions, & ſes prerogatives, Amſt. 1731. 12.

Ienich. Bibl. iur. p. 327.

IAC. SCHALLER de Legatis, Argent. 1650. 4.

IOH. SCHLEVSSINGII diſp. de legatorum inuiolabilitate, Lipſ. 1690.

SAM. SCHELWIGII diſſ. de Legatione, Viteb. 1667. 4.

IOH. PETR. SCHMIDTII Diſſ. de iure atque limitibus inuiolabilitatis legati hoſtilis, Roſt. 1738. 4.

Recenſum huius ſcripti vide in den Hamb. Gel. Berichten 1738. pag. 677.

ERN. FRID. SCHROETERI diſſ. de Ambaſciatoribus, Ien. 1665. 4.

IEREM. SETSERI Diſcurſus de officio Legatorum, adnexus eiusdem Diſ-

curſui de incrementis academiarum, Francof. 1603. & Stettini 1608. 4.

FRID. SEVBERLICH Diſſ. utrum legati delinquentes ſint puniendi? Regiom. 1702. 4.

Recenſetur cum cura in *Nouis Liter. Mar. Balth.* anni 1703. pag. 54.

IOH. GEORG. SIMONIS Violatio Legati, Ienae 1680. 4.

Extat etiam in Eiusd. Diſſ. Tom. II. p. 1054-185.

GERARDI von STOECKEN diſſ. de iure Legationum, Altd. 1657. 4.

SAM. STRYCK de Legato principis, Francof. ad Viadr. 1684. 4.

IAC. THOMASII Legatus inuiolabilis, Lipſ. 1667. 4.

CHRIST. THOMASII diſſ. de iure aſyli Legatorum aedibus competente, occaſione controuerſiae illuſtris, inter pontificem & Galliarum regem, Lipſ. 1689.

De hac diſſ. plura vide in Parte I. huius bibliothecae pag. 26. ſqq.

FRAN-

FRANCISCVS LE VAYER, Sieur de la Motte, ICtus, & Curiae Parisiensis Aduocatus, de legato, siue de legatione, Legatorumque priuilegiis, officio & iuribus, Paris. 1580. 4. & una cum *Octauio Magio*, Hanouiae 1596. 4.

Vid. Bibl. Iur. Imp. c. 3. pos. 3. § 3. p. 252.

IOH. WILH. VCKERMANNI diss. de iure & inuiolabilitate legatorum, Erfurti 1671. 4.

HENR. VFFELMANNI diss. de Legatis, Helmst. 1677. 4.

IOH. GOTTL. VHLICH Les Droits des Ambassadeurs & des autres Ministres publics, Lips. 1731. 4.

Compendium huius libri insertum est *Actis Erudit. Lips.* eiusdem anni p. 428. sq.

IOH. VPMARCK de Franchitia Quarteriorum, seu iure asyli apud Legatos, Upsal. 1706. 8.

GABR. WAGENSEILII diss. de Legato à latere, Altorffii 1696. 4.

Les memoires & instructions pour

les Ambaſſadeurs, ou, Lettres & negotiations de (FRANCOIS) WALSINGHAM, Miniſtre & Secretaire d'Etat ſous Eliſabeth Reine d'Angleterre, avec les Maximes politiques de ce Miniſtre, & des Remarques ſur la vie des principaux Miniſtres, & favoris de cette Princeſſe, traduites de l'Anglois, Amſt. 1700. 4.

Plura vide in Bibl. Iur. Imp. C. III. P. III. §. 7. pag. 257. Interpres gallicus eſt *Louis Boulesteis de la Contie* vid. Ienich. in Supplem. p. 238.

CHRISTOPH. WARSEVICII oratio de Legationibus adeundis, Dantiſci 1646, & 1653. 12. & cum Herm. Kirchneri Legato, Lichae 1604. 8.

IMM. WEBERI diſſ. de Vindiciis aduerſus legatum delinquentem, & de iudice eius competente, Gieſſae 1698. 4.

MICH. WENDELERI diſp. de Legatis, Witt. 1652. 4.

CHRIST. WILDVOGEL de teſtamento Legati, Ienae 1711. 4.

SAM.

SAM. FRID. WILLENBERGIVS de iurisdictione legati in comites suos, Gedani, 1705. 4.

Memoires touchant les Ambassadeurs & les Ministres, publies par L. M. P. (i. e. le Ministre Prisonnier) a Cologne 1676. 12.

Hoc titulo insignitus primum adspexit lucem ABRAHAMI DE WICQVEFORT, Belgae, Electoris Brandenburgici vltra annos triginta apud Gallos legati, tractatus, quem de Legato eiusque munere, in Belgio captiuus edidit. Recusum deinde opus auctum sub auctoris vero nomine ibid. 1679. 12. et Hagae Com. 1680. 4. hac fronte: *L' Ambassadeur & ses fonctions.* Extat quoque editio Coloniensis de anno 1690. 4. nec non versio germanica Ioannis Leonhardi Sauteri. I. V. D. sub rubro: *L'Ambassadeur*, oder Staats-Botschaffter, und dessen hohe Staats-Verrichtungen Lipf. 1682. 4. Quum, qui ante Wicquefortium, iura & officia Legatorum pertractarunt, ceremoniarum solennia circa legationes recepta, vel plane neglexerunt, vel leui saltem brachio tetigerunt; operam dedit auctor, vt hoc, quod ibi deest, in suo libro suppleatur.

Nam poſtquam de iure legationis, Legatorum diuiſione, ſtatu, virtutibus, officio, ac priuilegiis, certas quaſi regulas propoſuiſſet, easque cum rationibus, tum exemplis ex recenti aularum hiſtoria petitis confirmaſſet, ius illud ceremoniarum, per mores gentium cultiorum introductum copioſiſſime exſequi ac illuſtrare inſtituit. Ita ſe habet de hoc libro iudicium in *Actis Erud. Lipſ.* anni 1683. p. 140, cui inter reliqua huius generis ſcripta principem adiudicant locum Thomaſius Monathl. Unterred. anni 1688. p. 206. ſq. & auctor Bibl. Iur. Imp. Cap. 3. poſ. 3. §. 5. p. 254. Alii tamen in eo deſiderant iudicium, & accuratius inter iura & facta diſcrimen; aliis videntur iura Legatorum confuſe expoſita: rurſus alii notant partium ſtudium, quod ſcil. Wicquefortius nimium tribuat Gallorum, nimium detrahat Belgarum partibus, inter quos referri debet, Galardus quidam, cuius *Reflexions ſur les memoires pour les Ambaſſadeurs, & reponſe au Miniſtre Priſonnier, a Villefranche* 1677. 12. & poſt, cum Wicquefortio, & Galardi *diſcours de l' Empereur & des Electeurs, Coloniae* 1690. 4. ſine auctoris nomine prodierunt. Concedit quoque Thomaſius l. c. pag. 207. multas de Legatis eorumque iuribus & officiis quaeſtiones a

Wicquefortio intactas esse relictas. Ceterum, cui volupe est, caussam studii partium, quod in hoc auctore reprehenditur, inspicere, eum ad auctorem Bibl. Iur. Imp. C. 3. P. 3. pag. 254. sq. ablegamus.

IOH. IAC. WINZINGER de inuiolabilitatis charactere, Erfurti 1691. 4.

CARL. WILH. WOELKERI diss. de iure legationum ciuitatum Imperii. Altd. 1713.

RICHARDVS ZOVCHAEVS de Legati delinquentis iudice competente, & quaestio vetus & noua, an legatum, aduersus principem, vel Rempublicam, ad quam missus est, delinquentem, saluo iure gentium capere liceat? Oxonii 1657. 8. Colon. Agripp. 1662. 12. & Argentorati, Parisiis, & Coloniae ad Spream 1669. 12. cum notis Christiani Hennelii.

Versionem quoque germanicam notis suis locupletatam dedit I. I. Lehmann, Ien. 1717. 4. conf. Bibl. Iur. Imp. l. c. p. 260.

LEGISLATOR.

HERM. CONRINGII diss. de maiestatis ciuilis auctoritate circa leges, Helmst. 1664. 4.

GEORG. FVNCCIVS de iure principum legislatorio, Regiom. 1657. 4.

EIVSD. diff. de principe legislatore, ibid. 1694. 4.

CHRIST. HELWIGII diff. Quaenam a summa maiestate legibus definiri nequeant. Regiom. 1693. 4.

HENR. ERN. KESTNERI Conspectus prudentiae legislatoriae, Rint. 1710. 4.

IO. EHRENFR. MAYER de Statuum imperii iure legislatorio, Magdeb. 1705. 4.

WEIGH. GOTTFR. RINGII diff. de potestate legislatoris ciuilis, ob vtilitatem & necessitatem reipublicae circa recessionem a iure gentium primaeuo, Francof. 1731. 4.

IOH. EBERH. RÖSLERI diff. de potestate imperantium legislatoria.

ERNEST. FRID. SCHROETER de legislatoris in ius naturae potestate, Ien. 1672. 4.

FRANCISCI SVAREZ de Legibus & le-

legislatore Deo Libri X. Antwerp. 1613. & Mogunt. 1619. fol.

CHRIST. THOMASIVS de poteſtate Statuum imperii legislatoria contra ius commune, Hal. 1703. 4.

VALENT. VELTHEMIVS in Sceptro directiuo, ſeu de poteſtate legislatoria, Ien. 1676. 4.

Vid. Bibl. iur. imper. Cap. II. Poſ. IX. §. 1. p. 195.

MICH. WENDELERI diſſ. de poteſtate ferendi leges, Witt. 1659. 4.

IOH. WERLHOFFII diſſ. de poteſtate legislatoris ciuilis circa ea, quae ſunt iuris naturae, Helmſt. Vide MOLLERI *Cimbr. Litter.* Tom. I. p. 720.

ANTON. OTTON. DE WINTERSHEIM Panegyricus de iuribus maieſtatis primariis, ſcilicet, leges conſtituendi, promulgandi, corrigendi, & abrogandi, Roſt. 1648. 4.

LEX.

PETRI DE ALLIACO, *Epiſcopi, & Cardinalis Cameracenſis* Tr. de Legibus, Venet. 1508. 8.

IOH. BARBEYRACII Discours sur le Benefice de loix, Genev. 1716.

Recusa est haec oratio bis, in duabus scilicet ultimis editionibus versionis PVFENDORFII *de off. hom. & civ.* Amst. 1718. & 1735.

CASP. ACHAT. BECK, de lege non obligante, Ienae 1719. 4.

CAR. CAFFA, delle legge in commune, Ien. 1672.

Vid. GLAFEY. Bibl. iur. N. & G. h. v. p. m. 356.

IAC. IOSVAE VRYBVRG A CAPELLE diss. de Legibus, Lugd. Bat. 1714. 4.

ALPHONSVS A CASTRO, Zamocensis, de potestate legum.

Extat inter opera eius Paris. 1571. fol. seorsim quoque habentur huius auctoris libri II. de potestate legis poenalis. Antw. 1568. Conf. *Bibl. Iur. imp. l. c.*

HERM. CONRINGII diss. de Legibus. Helmst. 1643. & 1666. 4.

GEORG. DAWSON Origo Legum, or a Treatise of the Origin of Laws, and their obliging Povver, as also of

their great Variety. Lond. 1694. fol.

Deſcribitur & laudatur liber in A. E. L. 1694. p. 325-328.

AND. ESSENII diſſ. de lege communi, Vltraj. 1653. 4.

BERN. AB ESPEN de promulgatione legum. Bruxel. 1712.

VINC. FABRICII diſp. de legibus in genere, Baſil. 1636.

Recuſa in *Volumine diſputt. inaugg.* *Iurid. Baſileenſium* Baſil. 1653. impreſſo, num. XI. pag. 559-610.

HERM. ADOLPH. LE FEVRE diſſ. legis in genere notionem exhibens, Argent. 1733. 4.

IOH. CHRIST. GÖZZII diſſ. de officiorum & legum exceptionibus in caſu colliſionis, Gotting. 1741. 4.

IOH. MICH. HALLWACHSII diſſ. de legibus generatim, Tubing. 1735. 4.

IOH. CHRIST. HEDLERI diſſ. de diuinarum legum exiſtentia, certitudi-

dine, immutabilitate, earumque cum humanis conſenſione. Witteb. 1732. 4.

IOH. NIC. HERTII diſſ. de colliſione legum. Gieſſae 1688, & in opuſc. ab HOMBERGKIO Francof. ad Moen. 1737. editorum volumine I. n. 3.

IOH. FRID. HOMBERGK ZV VACH, Themis, ſeu de ortu legis aeternae ſecundum ſententiam Graecorum liber ſingularis, Marb. 1725. 4.

Subtiliorem iuris ciuilis interpretationem, quae taedioſa iuuenibus ſtudioſis facile ſolet fieri, amoeniore quadam narratione interpolaturus auctor, fabulam de Themide publicis praelectionibus expoſuerat, ea fini, ut ſententiam antiquiſſimorum graeciae ſapientium, iſta fictione obuolutam, detegeret. Qua igitur ratione hic liber noſtrum in cenſum veniat, facile perſpicitur quidem, melius longe tamen ex delineatione totius opuſculi perfectiſſima in A. E. L. 1726. p. 369-375. exhibita, quippe qua, ad ipſum libellum perlegendum impatientes qui ſunt, ſitim reſtinguere ſuam poterunt.

IOH. GOTTL. IACHMANNI diſſ. de genuino charactere legum diuinarum pra-

practicarum univerſalium. Lipſiae 1749. 4.

Reiectis aliis criteriis in medium afferri ſolitis, characterem Legum poſitivarum diuinarum vniuerſalium, eſſe *rationem legis vniuerſalem*, adſtruitur.

ABR. KAESTNER de legis obligatione in foro conſcientiae, Lipſiae 1747. 4.

GEORG. GOTHOFR. KEVFFELII diſp. de Legibus diuinis poſitivis vniuerſalibus, Helmſt. 1751. 4.

Capite primo de diuiſione legum poſitiuarum vniuerſalium, deque ipſarum criteriis agitur, quae ex auctoris ſententia ſunt 1) diuina origo. 2) vt concernant moralitatem obiectiuam rationi incognitam, 3) non pendeant a mutabilibus circumſtantiis 4) obligent omnes 5) omnibus promulgatae. In capitibus ſecundo & tertio auctor poſſe exiſtere, & re vera dari eiusmodi leges probare ſtudet; inter quas, leges *de arbore vetita*, *de Sanctificatione Sabbathi*, *Decalogum*, *prohibitionem polygamiae*, *prohibitionem graduum*, *poenam capitalem homicidae fidemque in Chriſtum* connumerat. Capita, quartum & quintum, partim harum

rum legum affectiones, partim responsiones exhibent, ad ea, quae auctoris sententiae ob-moueri possunt, dubia.

IOH. FRID. HEVNISCH. disp. de lege iniusta eiusque obligatione Lips. 1684. 4.

IOH. HILDEBRAND de Lege Dei aeterna, Helmst. 1651.

IOH. WOLFG. IAEGERI Tract. moralis de Legibus. Tubingae 1688. 8.

AVGVSTIN. LEYSERI Diss. de Legibus. Helmst. 1713.

In hoc opusculo varia sunt obuia, quae ad obligationem legis, ad prudentiam potestatemque pertinent legislatoriam, veluti: necesse haut esse, vt lex in omnibus pagis vel oppidis affigatur aut proclametur: neque legem, neque priuilegium trahi oportere ad actus praeteritos: declarationem tamen dubii, in lege vel priuilegio occurrentis, ad actus etiam pendentes & praeteritos spectare: Necessarium non esse, sed salutare tamen fore, ius diuinum forense in respublicas christianas reducere: Lege iniusta cogi ciues, non obligari, e. i. g. a. Recepta haec disputatio in *Meditationes ad Pandectas*, locum septimum inter specimina occupauit.

CHRIST.

CHRIST. LYSERI diſp. de iure legum. Viteb. 1658. 4.

AVG. FRID. MVLLERI Diſſ. de notione Legis. Lipſ. 1740. 4.

FRID. CHRPH. NEVBOVRII diſſ. de moralitate atque utilitate legum ſumtuariarum. Gottingae 1737.

Vitam auctoris exhibent die Göttingischen gelehrten Zeitungen anni 1744. p. 558. ſq.

CAROL. OTT. RECHENBERGII Diſſ. de norma legum iuſtarum ab iniuſtis diſcernendarum, Lipſ. 1711. 4.

Duo, ex auctoris ſententia legis humanae vitia eſſe poſſunt, *iniuſtitia* ac *imperfectio.* Illa dicitur adeſſe intuitu vel *imperantis*, vel, *rei imperatae.* Quibus omnibus, exemplis legum iniuſtarum, Graecorum, ſigillatim Lacedaemoniorum, Romanorum, Germanorum, illuſtratis, proponuntur normae, ad quas leges humanae ſint examinandae, quarum *prima* eſt *lex diuina reuelata*, vbi, praecepta Chriſti moralia, omnibus rebuspublicis adplicari poſſe, ſimul probatur. *Secunda* omnis legis ciuilis norma eſt *ius naturae*, continens quippe praecepta vniuerſalia, ex quibus particulares haurit concluſiones legislator, easque

CASP. ZIEGLERI de Iuribus maieſtatis tractatus academicus, in quo pleraque omnia quae de maieſtate & iuribus principis diſputari ſolent, ſtrictim exponuntur. Witt. 1681. & 1710. 4.

Prodiit primum 1668. opus, ex variis diſputationibus academicis natum, in duos diuiſum libros, quorum prior inter regalia exhibet ea, quae πρώτως τὸ κύριον afficiunt, poſterior vero in iis, quae fiſci augmento potiſſimum inſeruiunt, occupatur. Reliquas libri dotes enarrant Acta erud. Lipſienſia anni 1682. pag. 49. ſq.

MALITIA. MALVM.

GEORG. HENR. BORTZII Diff. de magnitudine & grauitate mali moralis in genere confiderati. Lipf. 1743. 4.

NICOL. ENGELHARDI Diff. de malo morali. Groening. 1748. 4.

MANIFESTA vid. *Clarigatio* & *Bellum*.

ADAM. PISEZKI A KRANICHFELD Fafciculus differtationum, ftatum politicum concernentium, de indictione, bello, induciis, victoria, pace, foederibus. Francof. 1672. 12.

MARE conf. *Navigatio*, *Naufragium*.

Inter eos, qui fcriptores de iuribus maritimis, vel aliis ad mare remque maritimam fpectantibus, collegerunt, principatum tenet IOH. ALB. FABRICIVS in libro, cui frons eft: *Hydrotheologie* oder, Verſuch durch aufmerckſame Betrachtung der Eigenſchaften, reichen Austheilung, und Bewegung der Waſſer, die Menſchen zur Liebe und Bewunderung ihres gütigſten, weiſeſten, mächtigſten

kegsten Schöpfers zu ermuntern. Hamb. 1734. 8. Postquam enim pagina 243. & sequentibus indicem exhibuit eorum, qui scriptores rerum & iurium maritimorum memorarunt, & opusculorum de iuribus maris in genere; ipsa recenset scripta adcurate, quibus iura maris, tam vniuersalia quam particularia tractantur, legesque nauticas gentium & populorum maxime celebrium; quo pertinent capita, von den auf die Rhodische sich großen Theils gründenden Seerechten der alten Römischen und Griechischen Kayser. Von dem Consolato de Mare, und dem Wisbuyschen Waater-Recht. Vom Roole des jugemens d' oleron. Von den neuern Seerechten gekrönter Häupter. Von Seerechten der Republic Holland, Venedig, Genua, der Hansee-Städte. Quibus addit opera, in quibus hae leges collectae sunt.

IOH. BARBEYRACII Defense du droit de la Compagnie Hollandoise des Indes orientales, contre les nouvelles pretensions, des habitans des paysbas Autrichiens, & les raisons ou obiections des Advocats de la Compagnie d' Ostende, a la Haye 1725. 4.

IOH. AVGVST. DE BERGER ſuccincta Commentatio de imperio maris adriatici, Caeſari, qua regi Dalmatarum ac principi Iſtriae, vt & regi Neapoleos atque Siciliae proprio. Lipſ. 1723. 4.

Dalmatiae regum iura in mari adriatico ſolide ſatis, Neapolitanorum vero non pari induſtria deducta eſſe, putat Auctor Bibl. Iur. Imp. Cap. III. Poſ. I. §. 6. p. 237.

IOH. HENR. BOECLERI Diſſ. de Minoë maris domino. Argent. 1656. & 1669. 4.

Extat hocce opuſculum libertati maris oppoſitum, in Boecleri Diſſertt. acad. Tom. 2. p. 1073. ſqq.

The Soveraignty of the British Seas, in the year 1633. proved by records, hiſtory and the municipal Lawes of this Kingdome, by Sr. IOHN BOROVGS, *ſive Burrhus*, Keeper of the records in te Towr of London, 1651. 12.

Vid. Fabricii Hydrotheol. p. 277.

MARCI ZVERII BOXHORNII Apologia pro nauigationibus Hollandorum aduerſus Pontum Heuterum, qua praecedentium ſaeculorum nauigationes, earumque iura & inſtituta, ex tabulis praeſer-

tim

tim publicis afferuntur. Prodiit cum Grotii mari libero & Paulo Merula de maribus. Lugduni Bat. 1633. 12.

HENR. COMITIS DE BüNAV diff. de iure Imperatoris atque imperii Romano-germanici circa maria. Lipf. 1744. 4.

PETRI BAPTISTAE BVRGI de dominio Reipublicae Genuenfis in mari Ligustico, libri duo. Rom. & Bonon. 1641. & Genuae 1643. 4.

CORNELII VAN BYNKERSHOEK ad legem Rhodiam de iactu, vna cum diff. de dominio maris. Hag. 1703. 8. & inter opufcula, curante *Francifco Carolo Conradi* edita. Halae 1729. 4.

Britannis ac Belgis dominium maris vicini coniunctim tribuit auctor. Conf. Act. Erud. Lipf. 1703. p. 322.

EHREGOTT DAN. COLBERGII diff. de iure nauigantium. Gryphisw. 1693. 4.

HERM. CONRINGII Diff. de imperio maris. Helmft. 1676. 4, & in Eiusd. opp. Tom. IV. p. 946. fqq.

Mare non effe liberum defenditur in hac difputatione, cui debet addi alia fiue eiusdem, fiue *Ioannis Werlhofii* differtatio de

maritimis commerciis, quae ibidem 1680. 4. prodiit.

IAC. ANDR. CRVSII *Syndici Mindensis* Commentarius Historico-philologico-iuridicus ad legem ἀξίωσις, Hanov. 1658. 8. & in Ej. opusculis Mindae 1668. 4. editis pag. 125.

CORNEL. FRANGIPANE Allegazion in iure per la Vittoria navale contro Frederico I. Imperatore, & Atto del Papa Alessandro III. per il dominio della Republica Veneta del suo Golfo contra alcuna scritture de Napolitani. Venezia 1618. 4.

Vid. Auctor Bibl. Jur. Imp. Cap. III. Pos. I. §. 6. p. 236.

SERAPHINVS DE FREITAS de iusto imperio Lusitanorum Asiatico, aduersus Grotii mare liberum. Pinciae 1625. 4.

Fabric. Hydrotheol. pag. 277. & Biblioth. Jur. imp. l. c.

ALBERICI GENTILIS Aduocatia Hispanica. Hanov. 1613. 4.

Non solum enim in huius Libri primi, capite octauo, sed etiam, vt Groeningius in Bibl. iur. gent. Europ. p. 213. testatur, peculiari

culiari de iure maris, libro, maris oras, imo vniuersum oceanum Anglicano sceptro obnoxium asseruit Gentilis, refutatus a Conringio in dissertatione laudata. Conf. Bibl. Iur. Imp. l. c. pag. 235.

IAC. GOTHOFREDVS de imperio maris ad *L. 9. D. de Leg. Rhod.* Genev. 1637. 1641. 1654. 4.

Habetur etiam in IO. HAGEMEIERI Sylloge, quo de libro mox dicetur. Caeterum Gothofredus iis accensendus est, qui maris dominium in genere asseruerunt.

THEODORI GRASWINCKELII vindiciae aduersus Petrum Baptistam Burgum, Ligustici maris dominii assertorem. Hagae 1652. 4.

EIVSDEM Vindicatio maris liberi aduersus Guil. Welwoodum, Britannici maris dominii assertorem. Hagae 1653. 4.

THEODORI GRAVERI, Amstelodamensis, diss. de mari natura libero, pactis clauso. Vltrai. 1728. 4.

IO. GROENINGII nauigatio libera. Lub. 1698. 8.

Vide *noua literaria mar. Balth.* eiusd. ann. p. 5. & ipsius auctoris *Relationes litterarias*

p. 39. Liber Groeningii, quo, quid iuris pacatis ad belligerantium commercia competat, ex immotis iuris gentium principiis se deduxisse, simulque Grotii, Puffendorfii, aliorum argumenta discussisse gloriatur ipse, primum sine auctoris nomine prodiit. Rostochii 1693. 8. Argumentum huius libri, ante in lucem quam emitteretur, Puffendorfio tum Berolini viuenti perscribendum duxerat Groeningius. Respondit iste quidem, tractatum, quem pollicebatur Groeningius, sibi mouere saliuam, sed addidit, se vereri, ne inueniat, qui contradicturi sint, suorumque dubiorum indicem quasi denunciauit; ad quae Puffendorfio pro apologia libri, quem hic nondum inspexerat, in alia epistola respondit Groeningius, qui hoc literarum commercium Bibliothecae suae vniversali p. 104 -- 112. inseruit non modo, sed & suam epistolam responsoriam recudi curauit in discursu apologetico, quem editioni secundae, suae nauigationis liberae, adnexuit.

HVGONIS GROTII mare liberum, seu, de iure quod Batauis competit ad indica commercia, dissertatio Lugd. Bat. 1609. 8.

Haec prima editio vti etiam secunda anno nempe 1611. in 8. sine auctoris nomine pro-

prodierunt; reliquis autem, velut quae Lugduni Batavorum annis 1618. 8, & Amstelodami 1632. 8. prodierunt, nomen Grotii praefixum deprehenditur. Ei quae Lugd. Bat. anno 1633. 12. vulgata est, accedunt quoque: PAVLI MERVLAE *de maribus dissertatio*, quae non tam de iuribus, quam natura & diuisione maris agit. MARCI ZVERII BOXHORNII *apologia pro nauigationibus Hollandorum aduersus Pontum Heuterum*, qui Flandrorum tantum nauigationes prae Hollandorum extollit. *Tractatus* denique *pacis mutui commercii* de an. 1495. inter Henricum VII. Angliae Regem, & Philippum Archi-Ducem Austriae, Ducem Burgundiae. Praeter alias plures huius libri editiones quae cum Grotii libro de I. B. & P. emissae sunt, memoranda hic est ea, quae cum auctoris libello de indulgentia, aequitate & facilitate extat Hagae 1686. 8. & versio belgica Lugd. Bat. 1641. 12. Grotius suos assecutus est sectatores, suosque aduersarios: illis adnumerandi *Pontanus*, *Graswinckelius*, *Groeningius* alii; in his eminent, assertores maris clausi vel pro Britannis, vt *Gentilis*, *Seldenus*, *Welwoodius*, *Bouroughius*, vel pro Lusitanis veluti *Seraphinus de Freitas*, *Bernatius*, vel pro Venetis, vtpote *Sarpius*, *Mattheacius*, *Iulius Pacius*, *Palacius*, *Franciscus de*

Ingenuis, *Bergerus*, *Fulgentius*, vel pro Genuensibus. vt *Burgus*, vel pro Belgis, verbi caussa *Westerween*, vel denique pro Britannis & Belgis iunctim, quo *Bynckershoeckius* pertinet. Quorum omnium vel iam iniecta mentio est, vel in sequentibus fiet. Potiorum de imperio maris dissertationum syllogen edidit IOACH. HAGEMEIERVS Francof. 1663. 12. Imo iam antea scriptorum de materia eadem collectio prodiit 1615. 4. Caeterum Hugonem Grotium adhuc iuuenem iura patriae suae vindicaturum scripsisse librum suum aduersus Lusitanos inprimis, qui Belgas a nauigatione & commercio ad Indos arcere conabantur, inter omnes constat.

HOGNOVII binae dissertationes de imperio in mare Regiomonti 1686. 4. prodierunt, testante *auctore Bibl. iur. imp. Cap. III. Pos. I. §. 10. p. 239.*

VLR. HVBERI Digressiones Iustinianeae & praelectiones ad Institutiones.

In illarum enim Dissertatione IV. c. 13. & 14. harum vero L. 2. tit. 1. mare seruum nec esse, nec fuisse, nec esse posse, asseruit.

FRANCISCI DE INGENVIS, Germani, Epistola de iurisdictione reipublicae Venetae

netae in mare Adriaticum scripta ad *Liberium Vincentium Bataum*, contra *Ioannem Baptistam Valenzolam* Hispanum, & *Laurentium Motinum*, Romanum. Genev. 1619 4.

Contra hanc epistolam Imperatori maris Adriatici dominium vindicare annisus est *Io. Aug. de Berger*, cuius succinctam commentationem in superioribus suo loco commemoraui.

G. CASP. KIRCHMAIERI θαλασσοκράτωρ Minos. Witt. 1698. 4.

GEORGII IACOBI LEICKHERRI dominii maritimi descriptio. Dresdae 1683. 12.

EIVSD. Commentatio de iure maritimo, *ibid.* 1685. 12.

Argumentum per XIV. capita tractatur 1) de diuisione iuris in obligatiuum & permissiuum, dominiique maris origine & definitione; 2) de probatione dominii maritimi ex iure Diuino *Genes. I. v. 26. IX. v. 2. Deut. XXXIII. v. 23. Ezech. XXVI. & XXVII. v. 3. Es. XXIII. v. 4. Psalm. LXXII. v. 10. LXXXIX.* &c. 3) de complurium gentium populorumque moribus, qui maris imperium obtinuerunt, & inde allatis testimoniis, 4) de

de probatione dominii maritimi ex iure civili romano & figillatim ex *L. 9. D. de Leg. Rhod. de iactu*, *5—8*) refponfio ad obiectiones, 9) de modis dominii maritimi adquirendi, 10) de modis retinendi eiusdem per claffem & magiftratus, 11) per actus imperatiuos, quales, iubere vela demitti, angariae, ius portus; 12) de imperandis vectigalibus, iure ftapulae & fimilibus, 13) de actibus imperii maritimi prohibitiuis, 14) & punitiuis. Compara FABRICII *Hydrotheologiam p. 272. ſq.*

CORNELII LERCKE Oratio de mari libero. Lugd. Bat. 1637. 4.

IOANNES LOCCENIVS de iure maritimo & nauali. Holm. 1651. 8. & 1652. 12.

Prodiit quoque vna cum Schoockii imperio maritimo Amft. 1669. 12. & in fcriptorum de iure nautico & maritimo collectione, quam IO. GOTTL. HEINECCIVS Halae 1739. 4. excudi curauit,

ANGELVS MATTHEACIVS de iure Venetorum & iurisdictione maris Adriatici. Venet. 1617. 4.

D. DV MAVRIER diff. fuper vetere Auftriacorum propofito occupandi maris Baltici. Paris 1644. 4.

PHI-

PHILIPPI MEDOW obſeruations concerning the dominion and ſovereignty of the Seas.

Conf FABRIC. *l. c. pag.* 277.

CLAVDII BARTHOL. MORISOTI, Galli, orbis maritimi, ſeu rerum in mari ac littoribus geſtarum hiſtoria. Diuione 1643. fol.

P. MAC. NENY Vindiciae aduerſus Batauos pro ſocietate Oſtendenſi commercia in Indiam orientalem frequentare inſtituente. Lipſ. 1724. 4. Latine & Germanice.

Vid, Journal des Sav. 1726. Menſ. Decembr. p. 436. ſqq. & FABRIC. l. c. p. 278.

JVLII PACII *a Beriga* de dominio maris Adriatici disceptatio inter regem Hiſpaniae ob regnum Neapolitanum & Rempublicam Venetam Lugduni 1619. 4. & in Sylloge *Ioach. Hagemeieri.* Frf. 1663. 12.

IOH. PALATII Leo maritimus, ſiue de dominio maris, libri duo contra Graswinckelium. Venet. 1663. 12.

IO. ISAACI PONTANI Diſcuſſionum hiſtoricarum de mari libero aduerſus Ioannis Seldeni mare clauſum Libri duo. Harderv. 1637. & 1640. 8.

Vid-

Vid. BVRCH. GOTTH. STRVVII *Bibl. antiq. an.* 1706. *p.* 494. & FABRIC. *l. c. p.* 272. *sq.*

THOMAE RIVII Hiſtoria naualis media. Lond. 1640.

In huius operis Lib. 3. c. 37. imperium maris vindicare Anglis auctor ſtudet.

CHRIST. ROEHRENSEE diſſ. de iure circa aquas maieſtatico. Witt. 1671. 4.

Contra maris libertatem directa haec diſſertatio eſt.

GEORGII PAVLI ROETENBECCII diſp. an mare dominii ſiue imperii ſit capax? Altdorfii 1699. 4.

Mari ſeruo & clauſo favet auctor.

GOTHOFREDI NICOLAI SCHLEENSTEIN Diſſ. de compendio naufragiorum. Witt. 1677. 4.

MARTINI SCHOOCKII Ius & imperium maritimum. Amſt. 1654. 12. & cum *Loccenii* iure maritimo. Ibid. 1669. 12. & in opp. *Schoockii* Vltrai. 1651. 12. & in *Hagem.* Sylloge ſaepius laudata.

Poſtquam de imperii maris neceſſitate verba fecit auctor, in veteres maris dominos inquirit, hodie Belgas dominari in eo putat, qui-

bus

bus se consiliarium praebet in suo imperio contra quosuis, praecipue Anglos, conservando tuendoque.

IOH. SCHVLZII Resolutio quaestionum miscellanearum, ex iure maritimo depromta. Gedan. 1698. 4.

CONR. SAM. SCHVRZFLEISCHII diss. maris seruitus. Witt. 1671. & 1683. & 1695. 4. ac in *eiusd. opp. hist. polit. Berolini* 1699. iunctim editis. 4. pag. 1003. sqq.

Mare certis includi finibus, atque distribui in diuersas dominiorum partes posse exemplorum multitudine ostenditur.

CHRIST. GOTTL. SCHWARZII controuersiarum iuris naturae & gentium ex historia graeca illustratarum *specimen tertium.* Altdorfii 1712. 4.

In hoc nemque dominium maris ex historia graeca illustratum inuenire licet. Conf. *Partem primam hui. Bibl. p. 390. sq.*

IOANNIS SELDENI Mare clausum siue de dominio maris *libri duo.* Londini. 1636. 12. Lugd. B. 1637. 12. & 1665. 4. iunctis *Boxhornii apologia* &c. ac *Henrici VII. Reg. Angl. & Philippi Archid.*

Austr.

Auſtr. tractatu mutui commercii &c. Extat etiam in opp. Seldeni Lond. 1726. fol. Tomo 2.

In libro *primo* Seldenus oſtendit, ex iuris naturalis atque gentium principiis mare omnibus hominibus haud eſſe commune, ſed priuati dominii atque proprietatis capax; in *ſecundo*, Regem Angliae maris circumflui, vt indiuiduae & perpetuae imperii Britannici adpendicis, dominum eſſe, multis adfirmat argumentis. Opus hoc multa eruditione ac veritate repletum eſſe, fatentur etiam ii, quibus idem neuos plures habere videtur. Neque etiam ipſe Grotius Seldenum peculiari opera refellere auſus eſt, ſed duo ſaltem contra eum epigrammata ſcripſit. Adi *Bibliothecam iur. imp. Cap. III. Poſ. I. §. 3. p. 233.*

EIVSDEM Vindiciae maris clauſi contra Graswinckelium. Lond. 1653. 4. & in Seldeni Opp. Tom. 2. p. 1415.

Conf. Bibliotheque ancienne & moderne T. 2. p. 354. & *Fabricius* l. c. p. 276. ſq.

IO. SIBRANDI Diſſ. vom Seegelſtreichen de dominio maris. Roſtochii 1674. 4.

IOHANNIS STRAVCHII Diſſ. de imperio maris; quae cum quatuor aliis ſub fronte

fronte *Dissertationum academicarum quinque* recusa est. Ien. 1674. 4.

Argumentum & summa dissertationis est, probare, quod maris naturae non repugnet proprietas, contra eos, qui a primaeua rerum communione illud huc vsque perstitisse liberum volunt. Hinc in illam pristinam communionem inquiritur *capite primo*, post haec *capite secundo* nec naturam maris, nec rationem moralem proprietati eius contrariam esse ostenditur. Quamobrem *capite tertio* imperium, quod Romani in mari habuerunt, persequitur auctor, modosque acquirendi huius imperii facit in *capite quarto* diuisionem orbis a Noachidis factam, possessionem occupantis, accessionem, ac praescriptionem. Deinde *capite quinto* ad media sese conuertit retinendi hoc imperium, puta classem, & magistratus, & (*capite sexto*) actus imperatiuos, velut submissionem velorum, angarias nauium, ac portus, qua occasione *capite septimo* de imperandis vectigalibus, & iure stapulae agitur. Ad effectus eiusdem imperii refert actus prohibitiuos (*capite octauo*) vt nempe transituro sit opus venia, nec non punitiuos (*cap. nono*) in quibus explicandis auctor multa de maleficiis in mari commissis, de piratis, de

captatione lucri ex naufragiis, mercibusque illicitis, egregie dixit.

FRANCISCVS STYPMANNVS de iure maritimo. Gryphisw. 1652. 4.

Reperitur opusculum in AHASVERI FRITSCHII *iure fluuiatico* Jen. 1673. 4. ac in HEINECCII *fasciculo scriptorum de iure nautico & maritimo nr. 1.* Agit vero *Stypmannus* in P. I. c. 5. sqq. & P. V. c. 1. & 5. de effectibus dominii maritimi sigillatim prohibitione nauigationis & piscationis, caeterum fautor ac defensor maris clausi.

IOH. CHRPH. WEGELIN de dominio maris Sueuici vulgo, *lacus Bodamici.* Jen. 1742. 4.

GVIL. WELWOODVS de dominio maris dominiique iuribus. Lond. & Hagae 1653. 4.

Est auctor in assertoribus maris clausi pro Anglis.

ABRAHAMI WESTERWEEN dissertationes duae de iure quod competit societati priuilegiatae foederati Belgii ad nauigationem & commercia Indiarum orientalium. Amst. 1724. 4.

Huic

Huic scripto dedit occasionem societas Indica, ab Imperatore in Belgio Austriaco stabilita. A qua societate Belgium foederatum cum sibi suoque commercio damnum imminere sentiret, quamuis olim, exigente vtilitate sua, maris libertatem defenderet, nunc tamen, pro tempore & re sua seruum idem & clausum esse contendebat. Quamobrem WESTERWEEN tunc temporis Consiliarius societatis Indicae Amstelodamensis, aduersus incolas Belgii Hispanici, quod diximus, scriptum edidit. Refutare eum iubebantur BOWENS, Professor Louaniensis, & NENNY, Fiscalis Bruxellensis, cuius *Vindiciae aduersus Batauos* in antecedentibus relatae sunt. Quibus tamen vindiciis alias iuris Belgio foederato competentis anno 1724. opponi curauit Dominus HOP Belgii foederati apud Anglos Legatus. Consulendus hic est auctor *Biblioth. Iur. imp. pag. 238.* qui etiam alius scripti mentionem fecit, quod insignitum titulo: Ausführliche Behauptung des denen Innwohnern der Oesterreichischen Niederlande zustehenden gerechtsames und Priuilegii nach Indien, auch Africa zu schiffen, und daselbst freye Handlung zu treiben, oder gründliche Wiederlegung der Schein-Gründe, so bisanhero an Seiten der Republique Holland und der daselbst befindlichen

Ingenuis, *Bergerus*, *Fulgentius*, vel pro Genuensibus. vt *Burgus*, vel pro Belgis, verbi causa *Westerween*, vel denique pro Britannis & Belgis iunctim, quo *Bynckershoeckius* pertinet. Quorum omnium vel iam iniecta mentio est, vel in sequentibus fiet. Potiorum de imperio maris dissertationum syllogen edidit IOACH. HAGEMEIERVS Francof. 1663. 12. Imo iam antea scriptorum de materia eadem collectio prodiit 1615. 4. Caeterum Hugonem Grotium adhuc iuuenem iura patriae suae vindicaturum scripsisse librum suum aduersus Lusitanos inprimis, qui Belgas a nauigatione & commercio ad Indos arcere conabantur, inter omnes constat.

HOGNOVII binae dissertationes de imperio in mare Regiomonti 1686. 4. prodierunt, testante *auctore Bibl. iur. imp. Cap. III. Pos. I. §. 10. p. 239.*

VLR. HVBERI Digressiones Iustinianeae & praelectiones ad Institutiones.

In illarum enim Dissertatione IV. c. 13. & 14. harum vero L. 2. tit. 1. mare seruum nec esse, nec fuisse, nec esse posse, asseruit.

FRANCISCI DE INGENVIS, Germani, Epistola de iurisdictione reipublicae Venetae

netae in mare Adriaticum scripta ad *Liberium Vincentium Batauum*, contra *Ioannem Baptistam Valenzolam* Hispanum, & *Laurentium Motinum*, Romanum. Genev. 1619 4.

Contra hanc epistolam Imperatori maris Adriatici dominium vindicare annisus est *Io. Aug. de Berger*, cuius succinctam commentationem in superioribus suo loco commemoraui.

G. CASP. KIRCHMAIERI θαλασσοκράτωρ Minos. Witt. 1698. 4.

GEORGII IACOBI LEICKHERRI dominii maritimi descriptio. Dresdae 1683. 12.

EIVSD. Commentatio de iure maritimo, *ibid.* 1685. 12.

Argumentum per XIV. capita tractatur 1) de diuisione iuris in obligatiuum & permissiuum, dominiique maris origine & definitione; 2) de probatione dominii maritimi ex iure Diuino *Genes. I. v. 26. IX. v. 2. Deut. XXXIII. v. 23. Ezech. XXVI. & XXVII. v. 3. Es. XXIII. v. 4. Psalm. LXXII. v. 10. LXXXIX.* &c. 3) de complurium gentium populorumque moribus, qui maris imperium obtinuerunt, & inde allatis testimoniis, 4) de

de probatione dominii maritimi ex iure civili romano & sigillatim ex *L. 9. D. de Leg. Rhod. de iactu*, *5—8*) responsio ad obiectiones, 9) de modis dominii maritimi adquirendi, 10) de modis retinendi eiusdem per classem & magistratus, 11) per actus imperatiuos, quales, iubere vela demitti, angariae, ius portus; 12) de imperandis vectigalibus, iure stapulae & similibus, 13) de actibus imperii maritimi prohibitiuis, 14) & punitiuis. Compara FABRICII *Hydrotheologiam p. 272. sq.*

CORNELII LERCKE Oratio de mari libero. Lugd. Bat. 1637. 4.

IOANNES LOCCENIVS de iure maritimo & nauali. Holm. 1651. 8. & 1652. 12.

Prodiit quoque vna cum Schoockii imperio maritimo Amst. 1669. 12. & in scriptorum de iure nautico & maritimo collectione, quam IO. GOTTL. HEINECCIVS Halae 1739. 4. excudi curauit,

ANGELVS MATTHEACIVS de iure Venetorum & iurisdictione maris Adriatici. Venet. 1617. 4.

D. DV MAVRIER diss. super vetere Austriacorum proposito occupandi maris Baltici. Paris 1644. 4.

PHI-

PHILIPPI MEDOW obſeruations concerning the dominion and ſovereignty of the Seas.

Conf FABRIC. *l. c. pag.* 277.

CLAVDII BARTHOL. MORISOTI, Galli, orbis maritimi, ſeu rerum in mari ac littoribus geſtarum hiſtoria. Diuione 1643. fol.

P. MAC. NENY Vindiciae aduerſus Batauos pro ſocietate Oſtendenſi commercia in Indiam orientalem frequentare inſtituente. Lipſ. 1724. 4. Latine & Germanice.

Vid, Journal des Sav. 1726. Menſ. Decembr. p. 436. ſqq. & FABRIC. l. c. p. 278.

JVLII PACII *a Beriga* de dominio maris Adriatici disceptatio inter regem Hiſpaniae ob regnum Neapolitanum & Rempublicam Venetam Lugduni 1619. 4. & in Sylloge *Ioach. Hagemeieri.* Frf. 1663. 12.

IOH. PALATII Leo maritimus, ſiue de dominio maris, libri duo contra Graswinckelium. Venet. 1663. 12.

IO. ISAACI PONTANI Diſcuſſionum hiſtoricarum de mari libero aduerſus Ioannis Seldeni mare clauſum Libri duo. Harderv. 1637. & 1640. 8.

Vid-

Vid. BVRCH. GOTTH. STRVVII *Bibl. antiq. an.* 1706. *p.* 494. & FABRIC. *l. c. p.* 272. *sq.*

THOMAE RIVII Hiſtoria naualis media. Lond. 1640.

In huius operis Lib. 3. c. 37. imperium maris vindicare Anglis auctor ſtudet.

CHRIST. ROEHRENSEE diſſ. de iure circa aquas maieſtatico. Witt. 1671. 4.

Contra maris libertatem directa haec diſſertatio eſt.

GEORGII PAVLI ROETENBECCII diſp. an mare dominii ſiue imperii ſit capax? Altdorfii 1699. 4.

Mari ſeruo & clauſo favet auctor.

GOTHOFREDI NICOLAI SCHLEENSTEIN Diſſ. de compendio naufragiorum. Witt. 1677. 4.

MARTINI SCHOOCKII Ius & imperium maritimum. Amſt. 1654. 12. & cum *Loccenii* iure maritimo. Ibid. 1669. 12. & in opp. *Schoockii* Vltrai. 1651. 12. & in *Hagem.* Sylloge ſaepius laudata.

Poſtquam de imperii maris neceſſitate verba fecit auctor, in veteres maris dominos inquirit, hodie Belgas dominari in eo putat, qui-

bus

bus se consiliarium praebet in suo imperio contra quosuis, praecipue Anglos, conseruando tuendoque.

IOH. SCHVLZII Resolutio quaestionum miscellanearum, ex iure maritimo depromta. Gedan. 1696. 4.

CONR. SAM. SCHVRZFLEISCHII diss. maris seruitus. Witt. 1671. & 1683. & 1695. 4. ac in *eiusd. opp. hist. polit. Berolini* 1699. iunctim editis. 4. pag. 1003. sqq.

Mare certis includi finibus, atque distribui in diuersas dominiorum partes posse exemplorum multitudine ostenditur.

CHRIST. GOTTL. SCHWARZII controuersiarum iuris naturae & gentium ex historia graeca illustratarum *specimen tertium.* Altdorfii 1712. 4.

In hoc namque dominium maris ex historia graeca illustratum inuenire licet. Conf. *Partem primam hui. Bibl. p. 390. sq.*

IOANNIS SELDENI Mare clausum siue de dominio maris *libri duo.* Londini. 1636. 12. Lugd. B. 1637. 12. & 1665. 4. iunctis *Boxhornii apologia* &c. ac *Henrici VII. Reg. Angl. & Philippi Archid. Austr.*

Austr. tractatu mutui commercii &c. Extat etiam in opp. Seldeni Lond. 1726. fol. Tomo 2.

In libro *primo* Seldenus ostendit, ex iuris naturalis atque gentium principiis mare omnibus hominibus haud esse commune, sed priuati dominii atque proprietatis capax; in *secundo*, Regem Angliae maris circumflui, vt indiuiduae & perpetuae imperii Britannici adpendicis, dominum esse, multis adfirmat argumentis. Opus hoc multa eruditione ac veritate repletum esse, fatentur etiam ii, quibus idem neuos plures habere videtur. Neque etiam ipse Grotius Seldenum peculiari opera refellere ausus est, sed duo saltem contra eum epigrammata scripsit. Adi *Bibliothecam iur. imp. Cap. III. Pos. I. §. 3. p. 233.*

EIVSDEM Vindiciae maris clausi contra Graswinckelium. Lond. 1653. 4. & in Seldeni Opp. Tom. 2. p. 1415.

Conf. Bibliotheque ancienne & moderne T. 2. p. 354. & *Fabricius* l. c. p. 276. sq.

IO. SIBRANDI Diss. vom Seegelstreichen de dominio maris. Rostochii 1674. 4.

IOHANNIS STRAVCHII Diss. de imperio maris; quae cum quatuor aliis sub fronte

fronte *Differtationum academicarum quinque* recufa eft. Ien. 1674. 4.

Argumentum & fumma differtationis eft, probare, quod maris naturae non repugnet proprietas, contra eos, qui a primaeua rerum communione illud huc vsque perftitiffe liberum volunt. Hinc in illam priftinam communionem inquiritur *capite primo*, poft haec *capite fecundo* nec naturam maris, nec rationem moralem proprietati eius contrariam effe oftenditur. Quamobrem *capite tertio* imperium, quod Romani in mari habuerunt, perfequitur auctor, modosque acquirendi huius imperii facit in *capite quarto* diuifionem orbis a Noachidis factam, poffeffionem occupantis, acceffionem, ac praefcriptionem. Deinde *capite quinto* ad media fefe conuertit retinendi hoc imperium, puta claffem, & magiftratus, & (*capite fexto*) actus imperatiuos, velut fubmiffionem velorum, angarias nauium, ac portus, qua occafione *capite feptimo* de imperandis vectigalibus, & iure ftapulae agitur. Ad effectus eiusdem imperii refert actus prohibitiuos (*capite octauo*) vt nempe tranfituro fit opus venia, nec non punitiuos (*cap. nono*) in quibus explicandis auctor multa de maleficiis in mari commiffis, de piratis, de

captatione lucri ex naufragiis, mercibusque illicitis, egregie dixit.

FRANCISCVS STYPMANNVS de iure maritimo. Gryphisw. 1652. 4.

Reperitur opusculum in AHASVERI FRITSCHII *iure fluuiatico* Jen. 1673. 4. ac in HEINECCII *fasciculo scriptorum de iure nautico & maritimo nr. 1.* Agit vero *Stypmannus* in P. I. c. 5. sqq. & P. V. c. 1. & 5. de effectibus dominii maritimi sigillatim prohibitione nauigationis & piscationis, caeterum fautor ac defensor maris clausi.

IOH. CHRPH. WEGELIN de dominio maris Sueuici vulgo, *lacus Bodamici.* Jen. 1742. 4.

GVIL. WELWOODVS de dominio maris dominiique iuribus. Lond. & Hagae 1653. 4.

Est auctor in assertoribus maris clausi pro Anglis.

ABRAHAMI WESTERWEEN dissertationes duae de iure quod competit societati priuilegiatae foederati Belgii ad nauigationem & commercia Indiarum orientalium. Amst. 1724. 4.

H Huic

Huic scripto dedit occasionem societas Indica, ab Imperatore in Belgio Austriaco stabilita. A qua societate Belgium foederatum cum sibi suoque commercio damnum imminere sentiret, quamuis olim, exigente vtilitate sua, maris libertatem defenderet, nunc tamen, pro tempore & re sua seruum idem & clausum esse contendebat. Quamobrem WESTERWEEN tunc temporis Consiliarius societatis Indicae Amstelodamensis, aduersus incolas Belgii Hispanici, quod diximus, scriptum edidit. Refutare eum iubebantur BOWENS, Professor Louaniensis, & NENNY, Fiscalis Bruxellensis, cuius *Vindiciae aduersus Batauos* in antecedentibus relatae sunt. Quibus tamen vindiciis alias iuris Belgio foederato competentis anno 1724. opponi curauit Dominus HOP Belgii foederati apud Anglos Legatus. Consulendus hic est auctor *Biblioth. Iur. imp. pag. 238.* qui etiam alius scripti mentionem fecit, quod insignitum titulo: Ausführliche Behauptung des denen Innwohnern der Oesterreichischen Niederlande zustehenden gerechtsames und Priuilegii nach Indien, auch Africa zu schiffen, und daselbst freye Handlung zu treiben, oder gründliche Wiederlegung der Schein-Gründe, so bisanhero an Seiten der Republique Holland und der daselbst befindli-

chen Indianischen Compagnie solchen zuwieder aus verschiedenen Friedens-Schlüssen, Verträgen und Urkunden hervorgebracht Lipsiae anno 1724. sub prelo sudauit.

SAM. FRIDER. WILLENBERG de eo quod iustum est circa excursiones maritimas vom Recht der Caperey. Ged. 1711. 4.

RICH. ZOUCHAEI Descriptio iuris & iudicii maritimi. Oxon. 1640. 4.

MATER.

IOH. FRID. COLLING de obligatione matrum proprio lacte alendi liberos. Lips. 1709. 4.

De indecoro virorum obstetricandi officio, & de obligatione matrum lactandi infantes proprios, qua occasione per rationes physicas, morales & medicas demonstratur, nec propriam matrum, nec infantum vitam periclitari, si puerperae virorum obstetricantium & feminarum nutricum auxilio valedicant. Paris. 1708. 8.

Opusculum hoc gallice conscriptum sub rubro: *de l' indecence aux hommes d' accoucher les Femmes &c.* cuius contenta ex inscriptione, quam latinis praepofuimus verbis, facile perspicitur, recensetur atque com-

commendatur enixe in *Actis Erud. Lipſ. 1705.* Quamuis enim (habentur ibidem verba) negandum haud ſit, & nutricum apud puerperas auxilium, & obſtetricandi officium a viris hac arte peritis in partu difficili adminiſtratum, locum inuenire aliquando, & vſum habere laudabilem, non minor tamen in vtroque abuſus apud delicatas cum primis ac timidiuſculas feminas. Hinc laudandum maximopere Cl. autoris noſtri inſtitutum, quo ſepoſitis omnibus praeconceptis opinionibus in vtriusque neceſſitatem inquirit, & hoc quidem matronarum quarundam pietate & modeſtia conſpicuarum inſtinctu, quae ſufficientem hac de re inſtructionem pro ſaluanda conſcientia ſua deſiderarunt.

MATRIMONIVM vid. *coniugium, diſpenſatio, nuptiae.*

Hochangelegene und bishero vielfältig beſtrittene Gewiſſens-Frage, nemlich: ob jemand ſeines verſtorbenen Weibes-Schweſter, ſonder Uebertretung göttlicher und natürlicher Geſetze in wiederholter Ehe zu heyrathen berechtiget, ordentlich auf dem in der Fürſtlichen Reſidentz zu Oettingen den 10. Octobr.

 1681.

1681. gehaltenen Colloquio ergangene Wechsel-Schrifften, Responsa und hochvernünftige Iudicia, nach höchsten Fleisses überlegten Rationibus, und hierüber gefaßten Grundschlüssen erörtert. 1682. 4.

Die gerettete Ehre der Ehe mit der verstorbenen Frauen Schwester, aus göttlichen und natürlichen Rechten behauptet, und seiner Christlichen Gemeine zum Unterricht, wieder einen benachbarten unzeitigen Eyferer entworffen. 1717. 8.

Autor huius opusculi fuit *Goezius*, Halberstadiensium sacrorum Antistes, cui Prussiae rex matrimonium cum defunctae vxoris suae sorore permiserat. Directum imprimis contra *Kettnerum*, qui variis calumniis ea propter insectatus esse dicitur *Goezium*. Munitum est opusculum responsis nonnullis matrimonio *Goezii* fauentibus. Conf. *Ill.* LIENICHEN *Bibl. iurid. real. P. I. p. 364.* & *huius bibl iur. nat. & gent. p. 87.*

Gedanken über die Heyrath mit seiner verstorbenen Frauen leiblichen Bruders leiblichen Tochter.

Inve-

Inueniuntur in den Oberlausitzischen Beyträgen zur Gelehrsamkeit und deren Historie P. II. Sect. XXVI. p. 401-416. Anmerckungen über diese Gedancken deprehenduntur ibidem Sect. XXVII. p. 417-420. nec non literae Sect. XXIX. p. 449-456, & ad has, responsiones S. XXX. p. 465-476. Conf. IENICHENIVS *ibid. in Suppl. & Emend. p. 275.*

Drey Responsa einer berühmten theologischen Facultät, eines vornehmen Theologi, und vornehmen ICti, daß es iure diuino nicht verboten sey, seines verstorbenen Weibes Schwester zu heurathen. Quae videris in FABRI **Staats-Cantzley.** P. II. p. 150-170.

Gründliche Untersuchung, ob vermöge des göttlichen Gesetzes erlaubet ist, daß jemand seiner verstorbenen Frauen Schwester heurathen darff 1737.

Complectitur haec scriptio responsum, quo facultas theologica Marpurgensis matrimonium cum defunctae vxoris sorore legibus diuinis contrarium esse, anno 1718. tuita est.

HENNING. ARNISAEVS de iure connubiorum. Argent. 1636. 4.

F. L. E. G. von B kurze doch unpartheyische und gründliche Reflexiones über ein Helmstädtisches Responsum iuris, darinnen zwey Quaestiones validitatem pacti domus illustris libertatem circa matrimonia constringentis betreffende erörtert worden. 1723. 4.

Autor est *Fridericus Ludouicus Nobilis Dominus de Berger.*

ERNESTI AVGVSTI BERTLINGII diss. de gradibus prohibitis secundum ius naturae. Ien. 1743. 4.

Doctissimus Bertlingius in hac, quam praeside Schuberto propugnauit dissertatione mathematica demonstratione prohibitionem iuris naturalis matrimonii in linea recta probare nititur.

GEORGII BEYERI Disp. de dispensatione matrimonii. Lips. 1698. 4. & *in opusc. Lips. 1723. 4. nr. XI.*

HENR. BODINI disputatio iuris moralis & ciuilis de restringenda libertate matrimonii ineundi. Halae Magd.

Cum

Cum maris & feminae coniunctio, extra omne dubium ad ius naturae, & eius obligatio ad omnes pertineat homines, non immerito in dubium vocatur, an haec naturalis non tantum libertas, sed & obligatio, facto hominis adimi vel restringi possit? cum experientia testetur, non obstante naturali ad cohabitationem coniugalem instinctu, tribus tamen potissimum modis, libertatem matrimonii ineundi refrenari, vbi nimirum promissione Deo facta, sub poena amittendae illius gratiae matrimonium abiuratur, quod votum castitatis vocatur, vel spontanea promissione quis se ad coelibatum alteri obligat, vel superioris iudicisue auctoritate sub certa poena matrimonium alicui interdicitur; circa haec singula quid iuri seu naturali seu ciuili conueniat, in hoc libello academico ordine examinatur.

EIVSDEM Errores communes circa matrimonium. ibid. 1696. 4.

IDEM de coniugio illicito. ibid. 1703.

GVIL. HIER. BRVCKNERI Diss. de iure principis & imprimis statuum imperii protestantium circa causas matrimoniales. Jen. 1714. 4.

CHRISTOPHORI IOACHIMI BVCHOLZII Responsum iuris pro matrimonio

nio principis cum defunctae vxoris forore contracto. Rint. 1652. 4.

Refutarunt hoc, quod auctor nomine facultatis iuridicae dederat Rintelensis, responsum MICHAEL HAVEMANNVS ac AEGIDIVS STRAVCHIVS, *ille* quidem γαμολογία. *Stadae* 1656. 4. *Assertione responsi Mosis contra matrimonium cum defunctae vxoris sorore. Francof.* 1660. 4. & *Defensione responsi contra matrimonium cum defunctae vxoris sorore.* Giessae 1664. 4. *hic* vero imprimis *Tractatu*, daß das Gesetz Mosis, du solt deines Weibes Schwester nicht nehmen, noch feste stehe, Wittenb. 1669, 4. Quibus tamen pro defensione responsi Rintelensis scripta exire iussit, quae sequuntur: *Assertio responsi Rintelensis* Rint. 1659. 4. *Examen assertionis responsi non* Mosis *sed* Mich. Havemanni. Bremae 1662. 4. *Vindiciae secundum dispensationem matrimonii.* 1669. 4. Kehrab der kurzen Erinnerung und Berichts Herrn D. Aegidii Strauchs zu Wittenberg, so weit er die löbliche Juristen Facultät zu Rinteln, und mich C. J. Bucholtzen darinnen ganz unschuldig beschuldiget und verläumdet. 1669. 4. Gründlicher Beweiß, daß der Kehrab Strauchischer Erinnerung und Bericht noch fest stehe, und D. C. I. Bucholtz von D. Aegidio

dio Strauchen zur Ungebühr und unschuldig verläumdet worden. Rint. 1669. 4. Abgenöthigte Remonstration der elenden Ignorantz und groben Schmähsucht D. Aegidii Strauchii samt gründlicher Ablehnung der mir von ihm verläumderisch beygemessenen Versteckung. Rint. 1669. 4.

JO. JAC. BVRLAMAQVI diss. de matrimonio. Genev. 1731. 4.

THOM. CAIETANVS de coniugio regis Angliae cum relicta fratris sui. Lugd. Bat. 1545. 8.

HENR. COCCEII diss. de coniugio inaequali personarum illustrium. Heidelb. 1687. 4. & recusa 1714. 4.

IDEM de Lege morganatica. Francof. ad Viadr. 1695. 4.

SERVAAS VAN DE COPPELLO diss. de coniugio in statu naturali. Lugd. Bat. 1743. 4.

Eunuchi coniugium die Capaunen Heyrath, hoc est, scripta & iudicia varia de coniugio inter eunuchum & virginem iuuenculam anno 1666. contracto, T. T. a quibusdam supremis theologorum collegiis petita, postea hinc inde collecta ab HIERONYMO DELPHINO C. P. Halae 1685. Jenae 1730. 4.

Con-

Conſtat inter omnes, famoſiſſimum illud matrimonium eunuchi, *Bartholomaei de Sorliſi* cum XVI. annorum virgine *Dorothea Eliſabetha Lichtweria* contractum ac per ſpadonis mortem demum diſſolutum, quantos excitauerit motus, quam multa eaque in diuerſa de eiusmodi coniugii moralitate abeuntia iudicia ac reſponſa eius occaſione in dias luminis auras exierint; quorum, quotquot ei, qui ſub Delphino latet, obuenerunt, copia in hac habetur collectione. Pro coniugio hoc vel ſaltem eius tolerantia faciunt Reſponſum Conſiſtorii Lipſienſis primum menſ. octobr. 1663. (nr. 2. p. 14.) Decretum Electorale d. 28. Aug. 1667. (nr. 3. pag. 16.) Reſponſum Facultatis theologicae Regiomontanae. (d. 17. April. 1668. nr. 7. p. 47.) Reſponſum Theologorum Gryphiswaldenſium d. 24. May. 1668. (nr. 8. pag. 85.) Sententia Conſiſtorii Lipſienſis menſ. Maio 1668. (nr. 9. p. 89.) Aſſertio D. Bulaei (nr. 10. p. 90.) Judicium auf das ſogenannte Examen der VIII. rationum contra Aſſertionem (nr. XII. p. 126.) Contra vero iſtius matrimonii moralitatem militant, idque damnant: Reſponſa ordinis Theologorum Gieſſenorum d. 17. Octobr. 1667. (nr. 4. pag. 18.) Argentoratenſium d. 8. Nov. 1667. (nr. 5. p. 32.) Jenenſium d. 25. Febr.

Febr. 1668. (nr. 6. p. 37.) Examen rationum, quae pro coniugio Spadonis adducuntur, f. Refutatio Assertionis D. Bulaei (nr. 11. p. 104.) Gegenantwort auf die wieder das Examen angemerckte notas (nr. 13. p. 128.). Alia iudicii superioris censura (nr. 14. p. 130.) Theologisches Bedencken D. G. über die Ehe eines Eunuchi und jungen Weibes-Persohn.

NIC. MYLERI AB EHRENBACH Gamologia personarum illustrium. Stutgardiae 1661. & 1664. 4.

CHR. GOTTL. EHRENHAVS de matrimonio duarum feminarum sexu masculino simulato, inito. Erfurt. 1729. 4.

NIC. EINERT de imperio vxoris in familia. Lipf. 1684. 4.

IOH. GEORG. ESTORIS Responsum ad quaestionem: ob derjenige, so seiner leiblichen Mutter Bruders nachgelassene Wittib geschwängert hat, diese heyrathen könne? habetur in *eius* auserlesenen kleinen Schrifften. Giessae 1734. P. I. p. 572.

Nihil iuris diuini humanique obstare principi, quo minus, de quo quaerebatur, matrimo-

trimonium indulgere possit, in hoc responso demonstratur.

HENR. FREDERS gründliche Erörterung der Frage: ob ein Mann seine Frau zu schlagen berechtiget sey? mit einer Vorrede von der Herrschafft des Mannes über die Frau; worauf sich solche gründe, wie weit sie sich erstrecke, und ob also die Weiber mit unter das vierte Gebot gehören; dem Druck übergeben von M. A. L. M. Jen. 1734 8.

Auctor est M. *Adam Lebrecht Müller.* Vid. IENICHEN *l. c. in Suppl. p. 272.*

GERH. FELTMANNVS de matrimonio impari. Bremae 1691. 4.

IOH. BERNH. FRIESE Disp. de conventione matrimonii morgenatica. Ien. 1697. 4.

DOMINICVS GALESIVS de iure ecclesiae in sanciendis legibus matrimonium impedientibus & dirimentibus. Romae 1679. 4.

Autor *Bibl. iur. imp. pag. 170.*

GEORGII CHRISTIANI GEBAVERI Diss. de matrimonio cum auunculi vidua. Gottingae 1737. 4.

Post-

Poſtquam auctor in capite *primo* generalia matrimonii praemonuit, eius ſynonima, auunculi ac viduae notiones euoluit, atque, iuxta primam coniugii inſtitutionem, matrimonium fuiſſe indiſſolubile, genere vero humano poſt lapſum protoplaſtorum corrupto Moſen primum conceſſiſſe diuortia, apud romanos initio frequentiſſima, a Iuſtiniano reſtricta, docuit, ad rationes in capite *ſecundo* tranſit eorum, qui matrimonium cum auunculi vidua permittunt, ac recenſet eas conſanguinitatis & affinitatis ſpecies, ob quas matrimonium Leuit. XVIII. & XX. expreſſis verbis probibitum eſt. Multi ſunt ex Theologis & ICtis qui non ſolum perſonas ibi memoratas, verum gradus etiam prohiberi ſtatuunt, vtentes regula generali, a paritate gradus ad paritatem rationis concludentes, reliqua ſententiae ſuae argumenta, a parentali reſpectu, ab eo quod abſurdum eſt, a veterum auctoritate, Rabinorum adſenſu, inprimis Karaeorum explicatione petentes, quique adeo nec diſpenſationem inuenire locum, vbi idem genus, imo reſcindendum tale matrimonium opinantur, quorum magna pars grauiter invehit in eos, quibus matrimonium cum vidua auunculi permiſſa eſſe videtur, in quibus Schneidewinus, Beuſtius, Thomaſius-

que

que habentur. Quae omnia ab auctore ordine narrantur, indice tam Theologorum quam ICtorum summa conspicuorum laude, ac Ordinis ICtorum Wittenbergensium responso verbotenus inserto, locupletata. In capite *tertio* rationes pro matrimonio cum auunculi vidua adducuntur, quae fere in facultate a Deo homini data contrahendi cum quacunque femina, ad quam omnes casus expresse non excepti pertinent, in rationis disparitate, in graduum numeratione in V. T. incognita, in diuersitate denique inter patrui atque auunculi viduam sitae sunt, quae non solum solidissimis ad argumenta contraria responsionibus, sed etiam auctoritate summorum & theologorum & ICtorum roborantur illustranturque. Quibus cunctis coronidis loco in capite *quarto* exempla matrimonii cum auunculi vidua contracti collegiorum praeiudiciis nixa, ac facultatis iuridicae Gottingensis responsum accedunt.

IOACH. GERDESII Tabula iuris diuini & humani graduum matrimonii prohibitorum ἁρμονικῶς exhibens synopsin cum notis breuibus Doctori Henrico Rhanio inscriptis, edita Rostochii 1638.

Huic scripto pro matrimonio compriuignorum contra *Sam. Bohlium*, *Theologum* Rosto-

Rostochiensem edito, *Balthasar Kansdorfius*, Pastor deinceps Stettinensis opposuit correctionem Tabulae iuris diuini & humani pro vindicandis SS, philologica Hebraica veritate, & irrefutabili *tractatu Bohliano*, Rostochii 1638. excusam. Adi MOLLERI *Cimbr. litt. Tom. 2. p. 222.*

ANDREAE GOETSCHII Diss. de vinculo matrimonii ob legem consanguinitatis turpi vel honesto. Hal. 1705. 4.

EIVSD. Disp. de vinculo matrimonii ob legem affinitatis turpi vel honesto. Ibid. 1706. 4.

NIC. HEMMINGII Tr. von Ehestand und von der Ehescheidung. 1585. 8.

vid. *huius Bibl. P. I. p. 139.*

JOH. NIC. HERTII diss. de matrimonio instaurato & conscientiae. Giessae 1702. 4. & in opusc. Vol. 2. Tom. 3. p. 229.

Prima operis *pars* de matrimonio agit instaurato, quo designat auctor illud matrimonium, quod solutum diuortio postea inter easdem personas redintegratum est. Ex qua parte tractatio praecipue quaestionis, *an & quando ex iure diuino matrimonium*

instaurari possit? nostrum ad scopum pertinet. *Secunda Pars* tota est huius loci, in qua quippe sententiis eruditorum de moralitate matrimonii conscientiae diuersis ordine relatis, talem maris & feminae coniunctionem, neque iuri naturae, neque sacrae scriptutae aduersari docetur, ac sententiae secus existimantium exploduntur; Vltimo loco, quibus conditionibus matrimonium conscientiae ad leges imperii relatum admitti possit, dispicitur, regulaque traditur hunc in modum: vt matrimonium conscientiae in imperio nostro valeat, non modo requiritur, id tantum inter duos cum voto & intentione perpetuae ac indiuiduae consuetudinis iniri, nec liberorum natiuitatem in eo impediri, sed & illud contracturos, vel superiorem non recognoscere, vel saltem superioritatis territorialis esse compotes, qui legibus imperii & constitutionibus ecclesiasticis concubinatum vetantibus, derogare possit.

EIVSDEM disp. de matrimonio putatiuo. ibid. 1690. 4. & in opusculis. Vol. I. Tom. I. pag. 348.

Quamuis haec disputatio non sit tota iurisprudentiae naturalis, bona tamen eius pars egregiam hanc disciplinam illustrat, quo refe-

referas, *diuiſionem matrimonii* in ſimulatum, verum, praeſumtum, & putatiuum, *ſpecies varias matrimonii putatiui*, velut: perſonati mariti: coniugis matrimonium diſſimulantis, atque ignorantem ad nuptias pertrahentis: coniugis poſt diſſolutum per rem iudicatam matrimonium alio matrimonio copulati; coniugis de morte coniugis falſo perſuaſi, alias nuptias ineuntis: conſanguineorum aut affinium inter ſe: liberi cum ſerua, fidelis cum infideli, nuptias contrahentium: Ethnici vel Muhamedani, Chriſtianam religionem, quacum matrimonium eius pugnat, profeſſi; *formam eſſentialem* matrimonii putatiui, quae in bona fide ex iuſta ignorantia reſultante ſita maxime eſt; *effectus*, qui ſequentibus includuntur regulis: *inſunt putatiuis nuptiis, quae inſunt veris iure communi: quae vero ex priuilegio aut ſingulari iure tribuuntur, ad nuptias putatiuas non pertinent.* Nec illa, quae auctor de ſolutione huius matrimonii in §. 39. & ſequentibus diſputat, & ea, quibus mutationem putatiui in verum matrimonium probat, a iuris naturae habitu aliena ſunt.

CONR. PHIL. HOFFMANNI Diſſ. de aetate iuuenili contrahendis ſponſalibus ac matrimonio idonea, vt & de annis,

quibus quis sub poena matrimonium inire teneatur. Regiom. 1721. 4.

EIVSD. Tractatus de matrimonio sexagenarii cum quinquagenaria, senis cum iuuencula; cui annexa tactatio de notabilioribus circa nuptias contrahendi temporibus. Regiom. & Lips. 1722. 4.

EIVSD. Commentatio de notabilioribus delictorum matrimonialium temporibus. Ibidem 1726. 4.

Tria haec opuscula cum cura esse scripta, atque curiosas vilesque complecti quaestiones pertractatas, iudicat IENICHENIVS in *Suppl. ad Bibl. iurid. pag.* 274.

IAC. ANT. IACOBI diss. de fide vxoris erga maritum. Lips. 1715. 4.

I. A. K. Theologisches Bedencken: ob ein Wittwer seines verstorbenen Weibes Schwester, oder dieser ihre Tochter nach dem göttlichen Gesetze heurathen könne? Gotha 1724.

ABRAH. KAESTNER de matrimonio copula carnali & sacerdotali consummato ob dolum adhibitum annullando. Lips. 1727. 4.

IO.

IO. CHRPH. KOEHLERVS de matrimonio illuſtri ex ratione ſtatus. Lipſ. 1676. 4.

IO. WILH. LANGII diſſ. de obligatione vtriusque ſexus ad matrimonium. Hal. 1736. 4.

IOH. LAVNOIVS, *Doctor Sorbonicus* de iure ſecularium principum Chriſtianorum in ſanciendis impedimentis matrimonium dirimentibus. Pariſiis 1675. 4.

Refutatus auctor a *Dominico* GALESIO *de iure eccleſiae in ſanciendis legibus matrimonium impedientibus & dirimentibus*, de quo libello in antecedentibus actum, edidit ibidem 1677. indicem erratorum libri Galeſiani. Caeterum LAVNOII *Regiam in matrimonium poteſtatem*, quae Pariſiis 1674. 4. prodiit ſub cenſuram quoque vocauit, ac in eam obſeruationes ſcripſit anonymus quidam, quem *Iacobum Leullierium* fuiſſe putat MYLIVS *in Bibl. Anon. & Pſeudon. P. I. p. 940.* Lucemque adſpexit *Traité pacifique du pouvoir de l' Egliſe & des princes ſur les empechemens du mariage*, cuius auctor *Ioannes Gerbaiſius* fuiſſe dicitur. Vtrique (a *Iacobo Boileau*, teſtante *Mylio p. 726.*) ſatisfactum eſt libro, cuius frons eſt: *Traité des Empechemens du mariage, ou l' on fait*

voir, que le Droit, qu' ont les Rois, ou les Princes d' en établir a l' egard de leurs sujets n' a pû leur etre ou par violence, ou par pieté, par un Professeur en Theologie, Cologne 1691. 8. IENICHEN *l. c. p. 274.*

HENR. LINCKIVS de matrimonio lege Salica seu ad Morganaticam contracto, von der Vermählung zur lincken Hand. Altd. 1676 4.

CHRIST. LOEBERI de legibus naturae secundariis, ad leges matrimoniales de incestu Leuit. XVIII. propositas commentatio moralis. Ien. 1702. 4.

IOH. PETR. DE LVDEWIG Dissertatio de matrimoniis principum per procuratores. Halae 1724. 4. & 1736. 4.

Licet auctor maxime ostenderit habitum matrimonii per procuratorem contracti ad iura peregrina, romanum scilicet & canonicum, & iura patria, praecipue publica, paucissimis iuris naturae principiis obseruationibusque interspersis, vtilitatem tamen & iucunditatem afferre poterit, decorum gentium moratiorum in hoc connubiali negotio receptum discere volentibus.

GODOFREDI VICTORIS MOEHRINGII Dissertationes binae de connubiis principum. Viteb. 1702. 4.

IOH.

IOH. GOTHOFR. MOERLIN de connubiis inaequalium. Lipſ. 1721.

Conf. GLAFEY. *Bibl. iur. nat. & gent. p. m. 365.*

PETR. MüLLERVS de matrimonio abſentium. Jenae 1685. 4.

IOH. IOACH. MüLLERI, *Archiuarii & Secretarii Vinarienſis*, Diſpenſations-Recht in verbottenen Ehen der Churfürſten, Stände ꝛc. Jen. 1706. 4.

IOH. CAROLI NAEVII Diſſertatio de matrimonio ad morganaticam. Witt. 1684. 4. inter eius diſſertationes ibidem 1702. 4. iunctim editas, locum occupat ſeptimum.

Capita libelli quartum, quintum & ſextum pro re noſtra inprimis ſunt, in quibus de matrimonio legitimo, ac pacti morganatici iuſtitia & aequitate plura ſunt dicta haud aſpernabilia.

HERMANNVS NOORDKERK de matrimoniis ob turpe facinus, quod peccatum ſodomiticum vocant, iure ſoluendis. Amſt. 1733. 8.

GEORGIVS NICOLAVS OCKEL de matrimonio cum infideli iuri naturae contradicente. Roſtochii 1706. 4.

IOH. PHIL. PALTHENII de marito reginae, dissertationes binae Gryphiswaldiae 1707. 4. recusae.

IVLIANVS PELEVS de solutione matrimonii ex causa frigoris. Paris. 1602. 8.

CHRIST. MATTH. PFAFFII diss. in legem Diuinam Leuit. 18. v. 6: de non appropinquando ad carnem carnis suae ad reuelandam nuditatem. Tubingae 1733. 4.

Recensetur in den gründlichen Auszügen aus den neuesten theologischen rc. Disputationibus I. B. III. St. n. 1. p. 207-217.

IOH. PHIL. PRIOR de matrimonio ad Morganaticam contracto. Argent. 1671. 4.

PETRVS MARCELLVS RICCIVS de matrimonio ad morganaticam donationem contracto von der Vermählung zur lincken Hand. Argent. 1703. & 1714. 4.

Totam fere hanc disputationem ex Myleri Gamologia exscriptam esse, affirmat auctor *Bibl. iur. imp. p. 307.*

CHR. ROEHRENSEE de connubiis illustrium. Witt. 1682. 4.

Corpus iuris matrimonialis: Von Ursprung, Anfang und Herkhomen des heyli=

heyligen Ehestandts, was der seye, wie er fürzunemen, anzufahen, und christlich zu volnfüren, auch von allerley zweifelichen, verhinderlichen und disputirlichen Fällen, so sich vor und in demselben auf mancherley Wege zutragen, genannt: Ehesachen, ein gründlicher Bericht aus dem Göttlichen, Natürlichen, Keyserlichen und Bäpstischen Rechten, auch etlicher nammhafften gelehrten Theologen Büchern vor viel Jahren zusammen gezogen durch ERASMVM SARCERIVM, und jetzt mit mehr Schrifften, so newlicher Zeit von diesem Handel außgangen, erweitert und gemehret, wie solches aus nachfolgender Verzeichnuß zu ersehen, und nemlich: Fürst Georg von Anhalt, *D. Martinus* Luther, *H. Phil. Melanchton*, *D. Iohann Pommer*, H. Jo. Brentz, *D. Georg Maior*, H. Martin Bucer, H. Henrich Bullinger, *D.* Melchior Kling, *M. Ottho* Körber, *M.* Johann Ireneus, *M.* Ant. Corvinus, etlicher hohen Schulen sampt der Zürcher Ehegerichts-

ordnung. Alles jetzt aufs newe sampt einem fleißigen newen Register, und allerley nutzbarlichen Zusetzen zugericht, und an Tag gegeben. Franckf. am Mayn 1569. fol.

Prodiit primum 1552. deinde *Isleb.* 1656. f. quae editio describitur a FABRICIO in *Historia bibliothecae suae* P. II. pag. 359. sq. vbi etiam lis auctori a *Nicolao Melchiore Klingio* mota, & eius defensio a *Bruckneró* suscepta enarratur. Vitam *Sarcerii* delineat *Fabricius l. c. Mollerus* in *Cimbr. litt. Tom. II. p. 759. sq.* & *Seelenius* in *Athen. Lubec. P. IV. p. 43. sq.*

ELIAE SCHNEEGASSII Diatriba de coniugio, iure naturae & lege diuina prohibito priuigni cum priuigna, duorum fratrum cum duabus fororibus, patris & filii cum matre & filia, inter vitricum & viduam a priuigno relictam, inter viduum relictum a defuncta priuigna & defunctae priuignae nouercam. Rost. 1693. 4.

IO. SCHVLTZII diss. de eo, quod non vetat lex, vetat fieri pudor, in matrimonio constituendo. Gedani 1690. 4.

GA-

GABRIELIS SCHWEDERI Positiones selectae de matrimonio ad morganaticam, vulgo: Vermählung zur lincken Hand. Tubingae 1684. 4. recusae Altorfii sine anni mentione, & inter auctoris Dissertationes iunctim editas. Tom. I. pag. 116-138.

EIVSD. Diss. de impedimentis matrimonii, Tubingae 1707. ac in eadem collectione l. c. pag. 1217-1260.

PETRVS SCHWENNER de matrimonio senum, Regiom. 1703. 4.

IOH. DAV. SCHWERTNERI Diss. de matrimonio foeminae imperantis cum subdito. Lips. 1686. 4.

Praestruxit auctor regulam generalem, *dari nempe matrimonia, neutri coniugum in alterum indulgentia imperium*, cui tanquam fundamento omnia fere reliqua, quae hic traduntur, imposita esse deprehendas. Quare cum nemo simpliciter ab vsu matrimonii, adeoque etiam non femina imperans possit arceri, nullus facile dubitauerit, quin matrimonium cum ea a subdito initum sit verum atque legitimum, siquidem illi omnes cuiuslibet matrimonii partes conueniunt essentiales, quo communio animorum atque corpo-

corporum *exclusiua*, ius corporum, quod violatum efficit adulterium, pertinent; licet ea, quae accidentalia matrimonii habentur, velut communio dignitatis maritalis, obedientia vxoris, sustentatio, imperium mariti, dos, & id genus alia in tali matrimonio exulent. Quae omnia auctor latius pertractauit.

AEGIDII STRAVCHII Tr. daß das Gesetz Mosis, du solt deines Weibes Schwester nicht nehmen, noch feste stehe. Witt. 1669. 4.

Conf. supra vocem: BVCHOLZ.

IOH. SAM. STRYKII diss. de matrimonii iure & institutione, Hal. 1707. 4.

In *capite primo*, quod de matrimonii iure agit, auctor doctrinae de matrimonio incertitudinem & corruptionem conqueritur, & vtriusque causas in defectu certae normae, natura matrimonii a paucis intellecta, studio assentandi, praeiudicio auctoritatis, praxi opposita iuri deprehendisse sibi videtur. Huic igitur malo vt paretur medela, iura matrimonialia ad principia sua esse contendit reuocanda, neque tamen ex iure canonico, neque romano, neque ex consensu docto-

doctorum, vel praxi consistoriorum, moribus gentium, alioue iure humano, sed ex iure naturali petenda, quae naturalia praecepta cum non sufficiant, ad ius diuinum positiuum vniuersale, quod ab iniquis obtrectationibus vindicare satagit, ac primitiuae ecclesiae praxin recurrendum esse putat. Quibus praemissis ad pertractandam originem & institutionem matrimonii eiusque progressum se conuertit; quamobrem in *capite secundo* primum originem ac institutionem matrimonii diuinam defendit, deinde, quae ratio fuerit matrimonii post lapsum hominum & quomodo Christus & Apostoli verum matrimonium restaurare allaborauerint, exponit, subiiciens singulis meditationibus consectaria certa, quae instar principiorum essent, quae matrimonium ineuntes, iudicesque in causis matrimonialibus decidendis sequerentur.

EIVSD. diss. de fine matrimonii. Hal. 1708. & 1739. 4.

Ex institutione diuina triplicem esse matrimonii finem auctor asserit, eumque *primum* mutuum adiutorium seu auxilium, id quod ex institutione ipsa matrimonii, locis S. S. variisque testimoniis elicitur, duosque *secundarios* procreationem sobolis nempe, ac scortationis euitationem, haud vero libi-

dinis

dinis exstinctionem. Ex quibus principiis deducuntur officia, quae matrimonium inire volentibus pro diuersitate finis incumbunt diuersa, & fines matrimonii falsi, licet innumerabiles, ad quatuor tamen genera rediguntur, *adquisitionem* puta *honorum & dignitatum, diuitiarum causam, conseruationem* per liberorum procreationem *bonorum, nominis, & splendoris familiae, libidinis* denique *extinctionem.* Prout ergo in genere negotiorum hominum iustitia vel iniustitia ex eorum fine diiudicatur, ita, cum homines in matrimonio quaedam cum brutis communia habere possint, quaedam hominibus propria, quaedam fidelibus & christianis peculiaria, non dubitauit auctor matrimonium pro diuerso eius scopo in *bestiale, rationale* & *iustum* seu *christianum* diuidere; vbi tamen monet, matrimonia bestialia, ac rationalia, licet peruersa, in foro tamen legitima atque valida esse.

ELIAE AVGVSTI STRYKII diss. de matrimonio ex ratione status, von Staats-Heyrathen. Kil. 1700. & Viteb. 1733. 4.

Primum de hoc matrimonio principia tradit generalia caput; in tribus autem sequentibus, exhibitis huius matrimonii variis speciebus, de eo vel prohibito vel restricto agitur,

gitur, & an ex ratione status, matrimonium dissolui possit, disquiritur.

EIVSD. Diss. de matrimonio praesumto. Kilonii 1690. 4.

Quatuor constat capitibus, quorum *primum* de matrimonio praesumto in genere, *secundum* de personis in eo viuentibus, *tertium* de liberis ex eo natis, *quartum* de iure magistratus circa tale matrimonium agit. Primum caput magnam partem est huius loci, in quo auctor matrimonium praesumtum definit, *mutuam promissionem maris & feminae de consensu coniugali sibi inuicem praestando, concubitu confirmatam.* Ex qua descriptione variae deciduntur quaestiones, nec inutiles nec iniucundae, v. gr. an sola sponsalia, vel appellatio mariti & vxoris, familiaritas, amplexus, oscula, datio annuli, sola carnalis copula matrimonium praesumtum inducant? porro num ex concubitu, quem sponsalia iocose inita, vel vi metuque extorta, vel conditionata, vel soli de sponsalibus tractatus antecesserunt, matrimonium colligi possit?

ELEVTHERII TAXIMENIS Vernunfft- und Schrifft-mäßige Gedancken von nahen Heyrathen über Leuit. XVIII.

XVIII darinn allerhand Irrungen in dieser Sache abgewiesen, hergegen aus richtigen Gründen eine richtige Entscheidung aller und jeder nach dem göttlichen Gesetz verbotenen Matrimonial-Fälle gewiesen wird. Zuerst auf Verlangen eines nach Gesetz und Zeugniß urtheilenden vornehmen Mannes, wegen einer besondern Streit-Frage priuatim entworffen; hernach aber auf dessen Gutfinden, allen denen, die in dieser Sache Bedencken und Scrupel haben, zum besten, auf eine etwas bequemere Art eingerichtet, und publique gemacht von I. K. (IO. KOCHIO) Hannover 1734. 4.

In fine totius operis conspectus exhibetur satis idoneus.

CHRIST. THOMASII diss. de validitate coniugii inuitis parentibus contracti, & per benedictionem sacerdotis depositi consummati. Lips. 1689. 4. & in *Vol. Diss. Lipsiensium. nr. XVII. p.* 1153. Lips. 1695. 4.

Quae in hac disputatione ad iurisprudentiam diuinam seu naturalem seu positiuam pertinent, haec fere sunt. Secundum iuris natura-

naturalis principia liberos in ſocietate cum parentibus viuentes ad nuptias quas inire volunt, requirere oportet horum conſenſum, quo neglecto nuptiae non quidem ſunt nullae, a parentibus tamen reſcindi poſſunt. Quae parentum poteſtas eo magis extra dubitationem auctori poſita eſſe videtur, quo certius ſit, Deum legibus poſitiuis hac de re nihil ſanxiſſe.

EIVSD. Diſſ. de fundamentorum definiendi cauſas matrimoniales hactenus receptorum inſufficientia. Hal. 1698. recuſa ibidem 1740. 4.

In matrimonii materia inutilia tractari, vtilia negligi vel obiter tangi a Pontificiis, Reformatis, Lutheraniſque ſcriptoribus, in principio ſtatim monetur, neque hoc mirum eſſe, cum cauſarum matrimonialium iudices moderatoresque iuſta diſtituti fundamento, hypotheſibus aut falſis aut quaeſtionibus ſolvendis non ſufficientibus concluſiones ſuas ſuperſtruant, quibus hypotheſibus minus ſufficientibus accenſentur ſequentes: *de iure naturae ſtatui integritatis accommodando*, ſiquidem non ſine ratione dubitetur, an in ſtatu integritatis futurum fuiſſet matrimonium: *Periculoſum eſſe quaerere in dictamine rectae rationis ius naturae*, item, *aſſerere*

id esse cordibus hominum insitum: Fundamentum iuris naturae esse conuenientiam cum ordine & fine creaturarum, post lapsum tamen istum ordinem creaturarum difficillime & non nisi per vmbram cognosci: Inseruire tamen eiusdem cognitioni octo gradus amoris scholasticorum, Dei nempe, animae nostrae; animae proximi, amorem vniuersi; vitae nostrae, vitae proximi, bonorum nostrorum, bonorum proximi. Post igitur quam variis monstrauit argumentis auctor, has & si quae sunt similes, hypotheses adeo parum aut nihil ad decidendas matrimoniales causas quaestionesque conferre posse, vt potius ineptissimis conclusionibus saepe praebeant occasionem; in matrimoniorum causis necesse statuit esse, vt praeter ius naturae etiam iuris diuini positiui vniuersalis habeatur ratio; atque negat hunc iuris naturalis defectum suppleri per pudorem quendam naturalem, cuius vtpote fictitii solam allegationem hic tacitam esse confessionem ignorantiae Christiano indignam, omnemque pudorem in causis connubiorum ex lege sola descendere opinatur. Tandem auctor vberiorem genuinorum quibus causae matrimoniales nituntur fundamentorum demonstrationem, ac aliorum immisceri solitorum sed

spu-

spuriorum discussionem alio tempore daturum se esse spondet,

EIVSD. Bedencken: ob ein Geistlicher mit guten Gewissen seiner verstorbenen Ehefrauen Schwester heurathen, und der Landes-Herr dergleichen Heurathen zulassen könne? Extat in *eiusd.* auserlesenen juristischen Händeln P. II. p. 256-294.

PETRI ELIAE TRAVTMANNI Acta curiosa in puncto nullitatis matrimonii *Tullii* & *Tulliae*, welches, ob sie gleich zwölf Jahr im Ehestande gelebet, und ein Kind mit einander gezeuget, dennoch ob defectum liberi consensus pro nullo declariret worden. Halle 1714. & 1735. 4.

Ex hac congestione omninm quae in iudicio huius matrimonii causa peracta sunt, apparet, defectum consensus liberi in femina tempore etiam insequente neque expresse neque tacite emendatum, potiusque constantissima dibiti coniugalis denegatione continuatum, adeoque perpetuum, iudices, vt hoc matrimonium iudicauerint nullum, permouisse. Vide die aufricht. und unparth. Gedancken über Journale. St. 17. p. 615.

IOH. WOLFG. TRIERI Programma de pudore naturali in contrahendis matrimoniis inſpiciendo. Francof. ad Viadr. 1737. 4.

GOTHOFREDI VALANDI Diſſ. de legis connubii quae Leuit. XVIII. v. 11. ex gentium iure refertur, genuino ſenſu. Francof. ad Viadr. 1652. 4.

Ex Valandi ſententia locus iſte vnice pertinet ad nuptias priuigni cum nouercae filia, quam poſt matrimonium cum patre priuigni initum ex alio viro peperit.

IOANNIS CHRISTOPHORI WAGENSEILII Bedencken, ob ein Chriſt mit gutem Gewiſſen ſeines verſtorbenen Weibes Schweſter = Tochter zur Ehe nehmen könne? Altorff 1705. 4.

Affirmando Wagenſeilius reſpondit. Euolue hic Tentzels Curieuſe Bibliothec, 2. fach. 3. Repoſitor. p. 181.

IOH. BALTH. WERNHERVS de poteſtate principis circa nouas nuptias malitioſo deſertori ſtatim poſt ſententiam concedendas. Witt. 1708. 4.

EIVSD. Diſſ. de redintegrando matrimonio, ibid. 1713. 4.

EIVSD.

EIVSD. diſſ. de obligatione matrimoniali ſecundum legem naturae. Lipſ 1698. 4. & inter Eius Diſſertt. iuris naturalis Diſſ. X.

SAM. FRID. WILLENBERGII diſſ. de oneribus matrimonii Gedan. 1702. 4.

EIVSD. diſſ. de matrimonio imparium Ged. 1717. recuſa 1734. 4. & in *Sel. iur. matrim.* p. 338-378.

EIVSDEM diſſ. de matrimonio conſcientiae. ibid. 1719. 4. recuſa ſub titulo commentationis de matrimonio conſcientiae, Gallis, Mariage de conſcience Jenae 1741. Habetur quoque in eiusd. *ſel. iur. matr.* p. 302-338.

Dignum opus perlectione curata. Nos interim ex eo, quae cum iuris naturalis doctrina arctius cohaerent ab auctore excellenter diſputata per indicem quaſi repraeſentabimus. Conſcientia eſt argumentatio hominis de actionibus ſuis ad legem relatis, vt earum hinc aut prauitatem aut bonitatem colligat. Quia igitur ponit legum factorumque vel faciendorum notitiam, in conſequentem & antecedentem recte diuiditur. Obligat in prohibitis, licet quae agit pro peccatis non habeat. Cuilibet relinquenda

conſcientiarum libertas in rebus intellectualibus doctrinarum & religionis, in actionibus tamen communem tranquillitatem reſpicientibus male ad libertatem conſcientiae prouocatur. Matrimonium conſcientiae eſt coniugium occulta coniugum fide, de qua aliis non conſtat, in finem veri coniugii contractum, vt coniuges indiſſolubili vinculo ſibi inuicem cohabitent, ſed de mutua fortuna non aequaliter participent, neque liberis ex ſe natis iura aliorum liberorum permittant. Argumenta quibus motus auctor hoc matrimonium iuri diuino conuenire credit, haec ſunt: inſunt ei omnia matrimonii ſubſtantialia: ſacerdotalis benedictio non eſt iuris diuini: concubinatus olim in eccleſia permiſſus erat: conſenſus & auctoritas virorum doctorum. Quamuis vero non iure diuino vniuerſali, tamen lege eccleſiaſtica matrimonium conſcientiae prohibitum eſt. Ne tamen quis quaerat, cui vſui haec de iuſtitia eius cuncta ſint prolata? ſapienter monet auctor vſum huius doctrinae conſiſtere in iuſta cognitione iuris prohibitiui, deinde, vt quis intelligat, vtrum in caſu prohibito ſuperioris diſpenſationi locus eſſe poſſit.

EIVSD. Selecta iuris matrimonialis, hoc eſt fundamentorum decidendi cauſas matri-

matrimoniales, variorumque matrimoniorum, maxime irregularium expositio. Hal. 1720. 4.

Lucubrationes, quas haec selecta complectuntur, agunt de fundamentis decidendi causas matrimoniales: de monogamia, de polygamia, de matrimonio virgineo, de matrimonio conscientiae, de matrimonio imparium, de matrimonio ad morganaticam contracto, de matrimonio amazonico, de secundis nuptiis quinquagenariorum coniugum, de matrimonio simulato. Constat inde, quibus ex supra a nobis laudatis Willenbergii opusculis possessor horum selectorum carere possit.

IAC. GABR. WOLFFII Rechtliches Gutachten über die Zuläßigkeit der Ehe mit der verstorbenen Frauen Schwester, in welchem dieselbe nach hinlänglichen Gründen behauptet, und wieder mancherley Einwürffe bescheidentlich gerettet worden, bey Gelegenheit einer anderweitigen hohen Reichsfürstl. Vermählung im Jahr 1732. ertheilet. Halle 1736. 4.

IOH. HENR. WOLFARTI Tractatio iuridica de matrimonio ad morganaticam, eiusque speciebus. Hanouiae 1736. 4.

Schediasma hoc, methodo, quae mathematicorum esse solet, conscriptum tres in partes sectum est, quarum *prima* matrimonium ad morganaticam ita expendit, vt simul ea, quae omnibus speciebus communia sunt, complectatur. In *secunda* notio matrimonii huius ipso iure talis euoluitur, indicantur porro casus, in quibus illud contrahitur, ac demonstratur, non omne matrimonium impar seu inaequale pro matrimonio ad morganaticam ipso iure tali habendum esse, additis iis tamen, quae huic ad morganaticam matrimonii speciei propria sunt. *Tertia* pars alteram talis matrimonii speciem sistit, & clarissime, vt auctor in praefatione gloriatur, monstrat, quaenam personae illud matrimonium non ipso iure, sed pacto tale, inire possint, & quae ab eo arceantur. Negari nequit, omnia ea, quibus magnae saepe molis repleta esse videmus volumina, in paucis hisce foliis scite congregasse autorem.

L. B. DE WOLZOGEN diss. de connubiis infantum. Ien. 1724. 4.

Conf. *Stollius* Hist. der jurist. Gel. c. VI. §. 67. p. 447.

GOTTFR. ZAPFIVS de distantia coniugum ratione cognationis. Ien. 1659. 4.

MELCH. ZEIDLERI Disquiſitio de polygamia, vt & de matrimonio cum defunctae vxoris ſorore. Helmſt. 1698. 4.

IAC. ZENTKIVS de matrimonio ad morganaticam. Regiom. 1692. 4.

MEDIATOR
v. Arbiter.

HENR. COCCEIVS de Guarantia pacis. Francof. ad Viadr. 1702. 4. ac in EIVSD. *Exerc. Tom. II. nr. 31,*

EIVSDEM diſſ. de officio & iure Mediatorum pacis. ibidem 1702. 4.

Pax feliciſſimus humanae ſocietatis ſtatus, bellum omnium lerna malorum. Naturae igitur & ſocietati humanae nil conuenit magis, quam lites & bella componere; a quo componendi ſtudio inprimis Romani laude digni ſunt. Hodierni Europae populi chriſtiani mediator vel eſt generalis vel ſpecialis. Hic intelligitur, qui inter principes intercedit, isque inuitis partibus ſe ingerere nequit, nec ad arbitrium cogi, ſed a ſemel recepto recedere poteſt. Arbiter vel cauſam iure decidit, & eſt inſtar iudicis, vel amicabili tranſigit compoſitione, cui ſimilis mediator eſt. Qualis niſi a ſtudio partium

remotus & inter eas medius esse nemo potest: quare ob eandem causam mediator in tractatu pacis Neomagiensis mutabatur. Mediatio impropria est, quando per ministros pax componitur, nihil enim est dubii quin haec absque mediatore pangi possit. Latiori tamen sensu mediatores quoque dicuntur ministri principum, qui pacis componendae causa conueniunt. Priuati rarius fiunt mediatores, non quasi non liceret, sed quia non expedit. Ad iura mediatorum eminentiora, inuiolabilitas ac praecedentia prae reliquis legatis pertinent, e contrario ad varia tenentur peculiaria officia, quae scilicet ex medii necessitate fluunt. Processus mediatorum tribus paene consistit partibus, quarum *primam* praeliminaria constituunt, in quae incidere solent quaestiones 1) *de loco conuentus*, qui esse deberet quidem medius, sed saepius alterutrius partis esse solet: 2) *de mandatis & litteris salui conductus*, ex quibus haud raro lis oritur & mora tractandi; quas tamen binas quaestiones extra tractatuum locum finiri videmus; 3) *de termino* seu *tempore congressus*, quae res plerumque in ipso congressu deciditur. *Altera* processus *pars* est ipsa causae tractatio, quae aliquando scriptis, aliquando promiscue procedit. In omni pace duo capi-

ta

ta sunt distinguenda, grauaminum puta & amnestiae. Per illa intelliguntur querelae, quae bello causam dedere, per hanc pactum de damnis durante bello illatis, estque duplex, vel de reparando vel de remittendo. Mediatoribus non solum causae principalis, sed & omnium eorum, quae ad pacem procurandam promouendamque pertinent, administratio incumbit. *Vltima* mediatorum processus *pars* in pacis conclusione occupata est, vbi variae quaestiones deciduntur, verbi causa; an subscriptio mediatorum necessaria sit? an hi praemium accipere possint? an specie mediationis suae causae prospicere queant? an interpretatio rei dubiae in pacis instrumento mediatoribus competat? an ad Guarantiam teneantur? vtrum si plures sint, quod ab vno gestum est, irritum fieri possit: onera mediationis quem ferre oporteat? Finitur officium mediatorum 1) poenitentia tam arbitri quam partium 2) morte mediatoris 3) variis vel mediatorum vel partium factis 4) mutato denique vel mediatoris vel partium statu. Haec omnia a Cocceio, prolixe, ordine, solide, prudenter disputantur.

IOANNES PAVLVS FELWINGER de Mediatoris officio & requisitis. Altorfii 1676. 4.

IOH.

IOH. CONR. HOFFMANNI oratio de praecipuis legati pacificatoris ſeu mediatoris requiſitis ac virtutibus. Altorfii 1697. 4.

PHILIPPVS MüLLERVS de mediatore. Jen. 1688. 4.

GOTTLOB. FRID. SEELIGMANNI diſſert. de iis, qui in pacificationem ſe interponunt. Lipſ. 1678. 4.

SAM. FRID. WILLENBERGIVS de arbitris belligerantium. Ged. 1706. 4.

MEDICVS.

GEBH. CHRIST. BASTINELLER de medico ex voluntate aegroti perperam curante. Witt. 1719. 4.

IAC. GERING, Quantum liceat medico ignorantia, errore & malitia aegri in eiusdem ſalutem vti. Lipſ. 1718. 4.

GEORG. LVD. DE KORNATOWSKI Epiſtola de valida emtione venditione inter medicum & aegrotum celebrata. Lipſ. 1739. 4.

TOB. IAC. REINHARTI diſp. de eo, quod circa homicidium medici eiusque poenam iuſtum eſt. Erf. 1728. 4.

WILH.

WILH. HVLDARICI WALDSCHMIDII differt. qua disquiritur, an medicis impune occidere liceat. Kil. 1704. 4.

Sciagraphiam opellae vide si placet in Nov. Litt. Lubec. Mens. Mart. 1705. pag. 93. sq.

MELANCHOLIA.

CHRISTOPH. ANDR. REMERI diss. de imputatione actionum ex melancholia prouenientium. Trai. 1710. 4.

SAM. STRYCK de dementia & melancholia. Francf. ad Viadr. 1672. 4.

MENDACIVM.

IOH. GEO. ABICHT Diss. de mendacii bonitate & malitia. Lips. 1699. 4.

Quoties verba, vel silentium, vel veritatem, vel mandacium, communis vel propria vel alterius tranquillitas vel aequalitas vel pactum requirit, toties loquendum vel tacendum vel veritatem dicendam, vel mentiendum esse, auctor statuit, suamque sententiam exemplis ex sacro codice depromtis illustrasse sibi videtur.

ALBERICI GENTILIS Disputationes duae quarum altera de actoribus & specta-

ctatoribus fabularum non notandis, altera de abusu mendacii agit. Hanov. 1599. 8.

CONSTANT. MüLLER de mendacio. Ger. 1691.

vid. GLAFEY *Bibl. iur. nat. & gent.* *p. 366.*

SAM. PETRI disputatio philosophica de vera mendacii & falsiloqui differentia. Witt. 1745. 4.

Videantur de hac disputatione pluribus die Auszüge aus den neusten Theol. Philosoph. und Philolog. *Disputt. ann. 1746. pag. 102 - 115.*

IO. IOACH. RICHSHOFFERI Positiones inaugurales de mendacio eiusque poena. Arg. 1669. 4.

Inquisiuit primum auctor, in varios, qui respondere solent mendacii termino significatus, quibus quaestionem: *num aliquando sine peccato liceat falsum dicere?* subiecit, ad quam affirmando respondendum tunc esse iudicauit, quando mendacium ad vitae defensionem necessarium est. Breuiter deinde varia mendaciorum lustrauit genera, sigillatim quae *complementosa*, *simulatoria*, *promissoria*, *politica*, *artificialia ad eruendam* veri-

veritatem, & *iocosa* adpellauit, quorum *primum* non improbauit, a *secundo* abhorruit, *tertium* reiecit, *quarto*, si fraudem vel laesionem tertii non contineat, sed ad bonum publicum directum sit, locum concessit, *quintum* vtilitatem suadere opinatus est, *vltimum*, quippe ad vrbanitatem accedens proxime, quin licitum sit, non dubitauit. Quibus pertractatis indicem exhibuit haud iniucundum eorum, qui ex legibus humanis mendacii poenas luunt, cuius partem faciunt, per mendacium principis rescriptum impetrantes, pretii participandi causa venundari se passi, in ius vocatum dolo eximentes, aduocati & procuratores mentientes, calumniatores pecuniam accipientes vt alicui iniquum negotium faciant, vel ne faciant, minores, se maiores qui dicunt, mendaces iudices & litigatores, vasalli feudi qualitatem dissimulantes, mensor falsum dicens modum, aliique plures.

IACOBI SAVRINI *Ecclesiastae Hagensis* Commentatio de mendacio.

Inserta est Tomo I. a pagina inde 322. auctoris Commentationum a *Petro Roques* continuatarum, ac a *Friderico Eberhardo Rambachio* in germanicam linguam versarum annotationibusque conditae doctrinae plenis loca-

locupletatarum; quae versio hanc de mendacio disputationem in *Parte secunda* p. 123. sqq. sistit. Prodierunt autem istae Commentationes Saurinianae sub titulo: *Discours historiques, critiques, theologiques & moraux sur les Evenemens les plus memorables du Vieux & Nouveau Testament*, quae in *Actis Erud. Lips.* 1741. *Mens. Jun.* p. 346. cum cura recensentur. Ab antiquis temporibus virorum sententiae doctorum de bonitate vel prauitate mendacii nunquam non diuersae fuerunt. Nemo tamen, quantum constat, in improbando mendacio eo rigoris progressus est, quo Diuus *Augustinus*, quippe qui in binis scriptis altero *de mendacio* anno 395, altero *contra mendacium ad Consentium* anno 420. pro virili probare allaborauit, nullum posse in sacro Codice monstrari locum, in quo mendacium probetur vel laudetur, nunquam esse circumstantiam posse, quae mendacii peccatum excludat. Hinc ne ad haereticos quidem explorandos technis simulationeque vti quem sine peccato posse credidit. Quid! quod & tunc mentiendum non esse statuit, cum mendacio vel totius generis humani interitus auerti, vel homo a peccatis reuocari, vel ab infernis liberari posset. Quam Augustini pietatem forte non male impiam dixeris. Inter eos, qui tempo-

temporibus insequentibus nulla ratione mendacia & falsiloquia toleranda esse adseruerunt, *Bernardus* atque *Placette* eminent. Quam rem ordine dixit laudatissimus RAMBACHIVS *l. c. pag. 140.* Vt autem eo revertamur, vnde Augustinus nos deduxit, nominat SAVRINVS *Grotium*, *Puffendorfium*, *Grauesandium* & alios viros, pietatis ac doctrinae gloria magnos, qui mendacium certis casibus tolerabile esse docuerunt, quorum argumenta veritatis magnam habere speciem ipsi videntur. Vi namque horum argumentorum haud improbe dici posse putat auctor, mentiri seu in perniciem suam vel alterius meditato aliud cogitare, aliud concipere verbis, vel iureiurando veritatem dissimulare, nunquam licere; contra ea, falsiloquio, quo salus societatis vel aliorum promouetur, periculumue grauius auertitur, nec societatem nec pacta de commercio mutuo inita violari; in vrgente necessitate itaque sitam esse exceptionem; nemini esse in conscientiam meam tale ius, quo ad aperiendam ipsi veritatem licet exitiosam, me cogere possit; ea non esse silentio premenda, quae alteri vtilitatem afferunt, ad gloriam Dei augendam conseruandamque conferre aliquid possunt; alia vero his contraria esse tacenda, dissimulanda, mo-

deranda, paucis, in falsiloquium inflectenda. His argumentis exemplis, quae in sacris literis de falsiloquio deprehenduntur, firmatis opponit ea, quae in alteram partem proferri solent, quorum potissima eiusmodi sunt: Deus mendacia absque vlla vetuit limitatione: non sunt facienda mala, vt inde bona fiant, cum actio mala, ob effectum, quem sortitur, bonum, bona euadere nequeat: inter veritatem & mendacium medium est nullum: permissione mendacii hominum societas turbatur, disrumpitur: mendacium saepissime nocet, rarissime prodest: euentuum istorum, qui permittant & prohibeant mendacia, fines regi non possunt; etsi forte accidere posset, vt tueri quis ipso mendacio veritatem valeat, tamen & tunc mendax male aget, quia si mendacium toleratur, pia fraus, miracula simulata sine peccato fient: si mentiri quandoque liceret, Deum quoque mentiri posse sequeretur. Postquam auctor omnia, quae contra haec argumenta moneri iure possunt, ingenue fassus est, vtramque sententiam probe ponderatam aequa lance stare, neutramque alteri latum vnguem cedere putat. Quae cuncta eum in finem ab auctore dicta sunt, vt adpareat, hunc conscientiae casum difficilem, ac nodum velut

inex-

inexplicabilem in medio relinquendum, ac vtramque de mendacii *moralitate* sententiam, quae summorum virorum suffragia nacta est, tolerandam potius, quam iniuriis belloque persequendam esse. Sed tantum abest, vt felici exitu gauisum optimum *Saurini* consilium, vel ipse voti pii compos factus sit, vt potius haec de mendacio commentatio ingentes motus excitauerit, quos inter medios, pius auctor acerbe afflictus diem obiit supremum.

JO. DAV. MICHAELIS von der Verpflichtung der Menschen die Warheit zu reden. Göttingen 1750. 4.

Verba data opera eum in modum concepta, vt secundum regulas hermeneuticas explicata non nisi falsas suppeditare possint notiones, auctori nomine mendacii seu falsiloquii veniunt. Distant igitur a mendacio simulatio & falsiloquia iocosa, cum ista esse possit fine verbis ex regulis bonae interpretationis falsas ideas praebentibus, haec vero non fallendi sed oblectandi animo proferantur. Omnis mendacia generis esse illicita statuit auctor, duobus argumentis vsus, quorum alterum in generis humani situm est infelicitate ex medacii permissione ori-

unda, quippe quae vinculum, gratiamque societatis humanae, & congressionum familiarium tollat necesse est, porro, qua posita in iis, quorum cognitio testimoniorum fide nititur, nunquam ad aliquem certitudinis gradum peruenire licet, per quam denique omnem pactorum obligationem exulare oportet, siquidem verbis de consensu veraque animi sententia alterius certi nunquam esse possumus. Alterum argumentum ex pacto integrarum gentium veluti tacito, quo verba cogitationum nostrarum signa quibus notiones constanter respondeant, sunt stabilita, quodque quilibet, verba ad alios faciens, init, sponte sua fluit; cuius vero pacti fides mendacio laeditur. E contrario simulationem non illicitam esse, tolerarique posse asserit auctor; cum enim simulationes sint actiones, quarum vt signorum cogitationum nostrarum, nullae dantur notiones determinatae certaeque; ex quibus tamen alius falsas de cogitationibus simulantis conclusiones elicere potest, consequens est, vt per eas neque genus humanum reddatur infelix, neque vinculum pacti rumpatur. Vltimo loco docet auctor, qua ratione etiam simulatione verbis coniuncta vti liceat.

IO. MART. SCHROETER de mendacio & in ſpecie eo, quod in foro punitur. Lipſ. 1732. 4.

IO. LVD. SCHVMANNVS de mendacio officioſo, iocoſo, & pernicioſo. Erf. 1703. 4.

ERN. TENZELII Diſſ. de mendacii effectu in iure. Frf. 1713. 4.

BALTH. CONR. ZAHNII Tr. de mendacio. Colon. 1662. & 1686. 4.

METALLVM.

IO. CASP. BARTHELII Diſſ. de iure fodiendi metalla. Herbip. 1731. 4.

DAVID GOTTLOB. DIEZ de probatione deſertionis metallifodinarum. Lipſ. 1727. 4.

ID. de prouentibus partium metallicarum. Ibid. 1729. 4.

IOH. EISENHARTHI Tractatus de regali metallifodinarum iure & partibus metallicis, cui praemittitur: Kurze Fürſtellung des im heiligen Röm. Reichs Teutſcher Nation und benachbarten Königreichen hergebrachten Berg-Regals. Helmſt. 1681. 4.

Conf. *Ienich.* in Supplem. ad Bibl. iurid. &c. p. 279.

HENR. LAVR. GOECKELII Diss. de regali fodiendi nitrum. Altd. 1740. 4.

CASP. HENR. HORNIVS de regali metallifodinarum iure. Witt. 1703. 4.

NIC. CHRPH. LYNCKERI Diss. de iure minerarum. Jen. 1695. 4.

FRID. VLR. PESTELII Exercitatio de communione perpetua metallifodinarum inter constatus imperii durante quantumvis venae omnes in alterius recesserint territorium. Rint. 1737. 4.

Summa dissertationis eo redit: omnes res ab initio fuerunt nullius, hinc occupationi non diuisioni dominiorum exordium tribuendum est. Pactum quidem de perpetua communione seruanda inter priuatos non obtinet, iuri tamen necessario naturali non aduersatur, igitur inter status imperii obligatorium est. Consultius quidem videtur, vt partes communi consensu a communione recedant, inuita tamen altera parte condominus Imperii Status eandem deserere nequit. Argentariis comprehenduntur omnes metallifodinae, quae merito inter regalia referuntur, cum tamen apud Roma-

Romanos fuerint pars fundi. Fuerunt olim inter reſeruata Caeſaris connumeratae, hodie vero earum dominium ex territoriali ſuperioritate fluit. Inita metallifodinarum ſocietate, cum ſociorum neuter poſſit ab ea recedere niſi altero conſentiente, conſequens eſt, vt & alter altero inuito poſſit inquirere in fodinas, in cuiuscunque ſociorum territorio deprehenſas, quoniam alias pactum communionis redderetur irritum ac nullius efficaciae. Omnes ac ſingulae metallifodinae tam detectae quam detegendae, inita generali earum communione, ſunt intelligendae, neque ſecundum genuinam vocis huius, quae generaliſſima eſt, interpretationem, neque ſecundum naturam negotii, cum ſit vna eademque ratio futurarum & praeſentium fodinarum, illae poſſunt excludi.

IO. IAC. SAVRII Diſſ. de iure metallorum regalibus recte adſcripto. Argent. 1736. 4.

GOTTFR. STRAVSSII Diſſ. de iure principis circa fodinas metallicas. Witt. 1668. 4.

SAM. STRYCK de iure principis ſubterraneo. Francof. ad Viadr. 1685. 4.

GOTTL. GER. TITIVS de iure metallorum. Lipſ. 1695. 4.

METATA.

DAN. CLASENIVS de immunitate metatica, von Einquartirungs-Freyheit. Helmſt. 1677. 4.

HENR. HAHNII Diſſ. de hoſpitatione militari. Helmſt. 1645. Et in EIVSD. Diſſertt. ſel. iur. p. 634-688. 4.

AVG. LEYSERI Diſp. de metatis. Helmſt. 1718. 4.

HENR. LINCKII Diſſ. de metatis. Altd. 1675. 4. & in AHASV. FRITSCHII Exercitt. var. iur. publ. Vol. nov. P. II. p. 487-510.

DAV. MEVIVS de metatis & epidemeticis: Gryph. 1633. 4.

IER. REVSNERI Diſſ. de hoſpitatione militari. Witt. 1643. 4.

IOH. FRID. RHETII diſſ. de hoſpitatura. Francof. ad Viadr. 1666. 4.

GVIL. HIERI SOEMMERING de immunitate metatorum reali. Erf. 1699.

IENICH. in *Bibl. iur. real. p. 370.*

IO. STEINECKEN de iure metatorio. Baſ. 1680. 4.

MAT-

MATTHIAE STEPHANI Diſſ. de metatis ſiue hoſpitatione militari. Gryph. 1633. 4.

GEORG. CHRIST. STIRN de iure metatorum vel hoſpitationibus militum. Extat in pentade. Stutgard. 1664. Conf. IENICH. *l. c.*

IOH. OTTO TABOR de metatis & epidemeticis. Argent. 1645. 4. & in opp. Lipſ. 1688. fol.

IO. CHRPH. WALTHERI Tr. de iure metatorum vel hoſpitationibus militum. Norimb. 1647. 4. in germanicam verſus linguam inſcriptione donatus: Vom Einquartirungs-Recht. Frkf. u. Leipz. 1735. 4.

METHODVS.

Chriſtoph Heinrich Amthors Methode, deren ſich ein Lehrer bey Erklärung des Natur- und Völcker-Rechts bedienen kan. Conf. MOLLERI *Cimbr. litt. Tom. 2. p. 36-38.*

MATTH. STIERIVS de ſtudio & natura iuris vniuerſi. Rudolſt. 1663. 12.

IOH. BALTH. WERNHERI Diſpp. duae de methodo genuina leges natu-

rales & gentium inueſtigandi. Lipſ. 1698. 4.

METVS.

IVST. HENN. BOEHMERI diſſ. de exceptione metus iniuſti in ſtatu naturali & ciuili. Hal. 1720, recuſa. ibid. 1730. 4.

Quatuor abſoluitur capitibus opuſculum *primo* de metu iniuſto, *ſecundo* de exceptione metus iniuſti ex iure ciuili, *tertiò* de hac exceptione ex iure canonico, *quarto* de eadem in ſtatu naturali, ſpeciatim ex iure publico vniuerſali, *quinto* de exceptione metus iniuſti ex iure publico Romano-germanico; quorum tamen primum & quartum imprimis huius loci ſunt.

GVIL. HIER. BRVCKNER de promisſione per vim extorta. Jen. 1690. 4.

IO. FRANC. BVDDEI diſſ. de metu comparationis ad *Caii Corn. Taciti* Annal. L. I. c. 76. Hal. 1701. 4.

Summa diſſertationis haec eſt: metum comparationis in Tiberio notat Tacitus §. 1. Comparatione virtutes & vitia magis eluceſcunt §. 2. ad eam vt recte ſe habeat, quid requiratur. §. 3. Cauſa diuerſitatis & errorum in comparationibus & iudiciis. §. 4. Quae

Quae omnia testimoniis veterum comprobantur. §. 5. Ansam hinc arripuerunt sceptici iudiciorum nostrorum certitudinem in dubium vocandi. §. 6. Ex allatis euincitur, quod populus comparans principem cum antecessore, vix vnquam in iudiciis suis satis sibi constet. §. 7. Quousque dare aliquid opinioni populi princeps possit. §. 8. Iustas praegnantesque causas habet princeps, ad iudicia populi cum aliis ipsum conferentis, attendendi. §. 9. Conferri interdum princeps cum successore ministrisque suis potest; vbi simul de huius comparationis effectibus agitur. §. 10-12. Tacitus locutus est de comparatione cum antecessore. §. 12. An fas principi sit, suae existimationis habere rationem. §. 13. An consultum sit eidem, libellos famosos & scripta satyrica generoso contemtu negligere §. 14. Comparationis metus vituperabilis euadit, si in eo sit, qui cupiditatibus suis seruit, vti ex eodem capite existimationis neglectus recte reprehenditur. §. 15. Periculosum est, succedere principi per ignauiam ad omnia delicta conniuenti. §. 16. Comparationis metus an & quousque in auaros cadat. §. 17. Suspicio cum metu comparationis interdum coniuncta est, ab eodem tamen differt. §. 18. Ambitiosi quousque comparationem metuant.

§. 19.

§. 19. Quo pacto comparationis metus ab aemulatione differat. §. 20. Aemulationem semper vituperabilem esse, contra Boeclerum probatur. §. 21. Et ad rationes in contrarium afferri solitas respondetur. §. 22. Invidia qua ratione a metu comparationis & aemulatione diuersa sit, simulque istam nunquam esse indifferentem contra Cartesium adseritur. §. 23. 24. & 25. Quando igitur metus comparationis reprehensione dignus sit summatim indicatur, speciatim vero ad conditionem agentis respiciendum esse docetur. §. 26. Illicitus hic metus etiam euadit, si limites omnibus positos affectibus transgrediatur. §. 27. Augeri potest eius prauitas per effectus, inter quos primum refertur turpissima hypocrisis §. 28. alter effectus iniqua antecessorum obtrectatio habetur. §. 29. Tertius inepta imitatio. §. 30. Quartus odium erga alios, item antipathia bonorum & malorum. §. 31. Quintus interdum accedit occultatio conspectus publici euitatio. §. 32. Metus comparationis laudabilis & vituperabilis discrimina indicantur. §. 34 Remediaque contra hunc praescribuntur. §. 35.

ANTONII CABREROS DE AVENDANO Delineatio methodica de metu. Matriti 1634. f.

CHRIST.

CHRIST. MICH. FISCHBECKII Diſſ. de promiſſionibus iuratis metu extortis. Witt. 1701. 4.

NIC. HIER. GVNDLINGII liber ſingularis de efficientia metus tum in promiſſionibus liberarum gentium, tum etiam hominum priuatorum, auxiliisque contra metum. Hal. 1711. 4. & in Exercitt. acad. Tom. II. nr. 2.

MARTINVS HERBSTIVS de moralitate eius, quod metus cauſa factum eſt. Jen. 1678. 4.

AVG. LEYSERI Diſſ. de metu. Helmſt. 1717. 4. & inter Meditationes ad Digeſta LVIII. ſpecimen.

Continet meditationes, quae ſequuntur I. Metus iuſtus eſt, etſi malum non in continenti immineat, ſed longius adhuc abſit. II. Metus, quem minae nullae praeceſſerunt, vanus eſt. III. Aliquando tamen ſine minis iuſtus eſſe poteſt, ſi ſcilicet de periculo imminente aliunde certo conſtitit. IV. Metus poenarum, quo magiſtratus coniuges diſcordes ad conciliationem & transactionem ineundam adigit, iuſtus eſt. V. Is, cui per metum legitimum promiſſio extorquetur, ſeruare eam debet, tametſi ante

te solemniter protestatus sit, se nolle obligari. VI. Princeps, qui metu inductus cum ciuibus suis paciscitur, obligatur.

PHIL. PETR. LILIENTHALII Diss. de principio obligationis & non obligationis pacti per metum extorti. Gryphisw. 1736. 4.

GOTTFR. LVD. MENCKENII Diss. de restitutione in integrum ob metum. Lips. 1705. 4.

Bona dissertationis pars varia iuris naturalis illustrat capita. Metum namque libertati naturali contrarium esse, & consensum intellectum ponere ac voluntatem probatur, probataque exemplis eorum, qui nec intelligunt nec volunt illustrantur egregie. Ex quibus deinde concluditur, obligationem vi metuque contractam ipso naturali iure nullam esse. In primaeuo rerum statu homines ignari fuerunt imperii, & bonorum extitit communio. Apprehensio tamen tribuit occupanti ius, quod non retinuit relinquens illam; metu vero de possessione pulsus, illam sibi vi restituere poterat, ac ad factum vi obligatus sibi rursus relictus, illud non praestabat. Proprietate introducta, rerum possessores, earum domini facti, pactis

pactis specialibus alios sibi, seque aliis obligarunt. Vnde in agentes contra pactum, metumque adhibentes, ipsi animaduertebant. Interim, obligationi per metum constitutae ex interuallo satisfaciens, iure se restitui non desiderat. Ordinatis tandem ciuitatibus, & sublata se proprio marte restituendi facultate, iudex, nullam eiusmodi obligationem esse, declarat. Quibus omnibus cum cura disputatis auctor viam parauit ad restitutionem in integrum a praetore metus causa concessam, quam auctor ex iuris romani placitis, adhibitis tamen subinde in consilium iuris naturalis praeceptis, in luce collocauit.

PETR. MVLLERVS de securitate metuentium. Jen. 1680. 4.

GOTTFR. OHM de culpa agentium ex metu. Lips. 1702. 4.

IOH. FRID. RHETII Disp. de metu. Francof. ad Viadr. 1673. 4. & *in Dissertt. Vol. II. d. 9.*

IO. IVSTINI SCHIERSCHMIDII Diss. de pacto metu extorto, iusto & iniusto. Lips. 1733. 4.

IO. FRID. SCHROETERI diss. de metu. Jen. 1654. 4.

SAM.

SAM. FRID. WILLENBERGIVS de metu reuerentiali. Ged. & Lipſ. 1712. 4.

GEORG. ANDR. WVLFER de metu potentiae. Altd. 1712. 4.

MILES : MILITIA

vid. *Bellum.*

Le Soldat, ou, le Metie de la guerre, conſideré comme le metier d' honneur: avec un Eſſai de bibliotheque militaire par Ms. de *** Francf. 1743. 8.

Habetur huius operis verſio germanica cum acceſſionibus; Der Soldat, oder der Kriegs-Stand, betrachtet als der Stand der Ehre, theils aus dem Franzöſiſchen des Verfaſſers, theils aus deſſen anderweitigen Aufſätzen vermehret, und auf das neue herausgegeben. Franckf. 1744. & 1751. 8. Delineatur liber in *Novis litter. Gottingenſibus* anni 1744. p. 150, vbi haec: Der vortrefliche Verfaſſer dencket als ein Philoſoph, dem die Religion den Verſtand aufgeklärt, und das Herze gebeſſert. Er ſiehet das im Kriegs-Weſen herrſchende Böſe und unordentliche mit Mitleiden an, und beweiſet ſich durchgängig als einen in der Sittenlehre, Natur-Recht, und Kriegs-Weſen ungemein erfahrnen gottſeeligen

ſigen, in alten und neuen- ſchönen Schriff- ten beleſenen und ſehr beredten Mann.

PETRVS ANTONIVS BECHMANNVS de Excubiis. Altorffii 1723. 4.

LVDOLPHVS PETRVS BENCKENDORFFIVS de delectu militum coacto. Witt. 1705. 4.

HENR. BODINI Diſſ. de obſequio militum in defendendo praeſidio. Hal. 1701. recuſa ibidem 1739. 4.

Foecunditas materiarum, quibus haec diſſertatio ſcatet, praeſtantiſſimarum, facit, vt omnia in compendium aegerrime cogantur. Saliuam tamen lectori vt moueamus, ex ea quosdam flores decerpamus. Belli calamitatum innumerarum, pacisque fructuum vberrimorum breui facta mentione, ſempiternam pacem optandam eſſe magis, quam ſperandam, hinc belli neceſſitatem docet auctor. Ex quibus principiis prono conſequitur alueo neceſſitas atque vtilitas obſequii militaris, de qua vtraque caput primum agit. In hoc etenim, praemiſſis obſequii, militis & praeſidii notionibus, praeclare demonſtratur, rempublicam nec militibus carere poſſe, nec praeſidiis; omnibus quidem incumbere ſubditis defendendae munitionis

